

- 1, Dethloff (Rochner) de observantia ecclesiastica
- 2, Funcken (Schaeffer) de partu octomerli
- 3, Clusener (Thomajus) de jure aggratiandi piro. evangel in c. homicid
- 4, Güntler (Thomajus) de fidejussore indemnitate
- 5, Bose (Hencken) de tab. et curat. ad usurat ex p. 33
- 6, Stockmaier (Rochner) de statu donat. inter vir. et uxorem
- 7, Overt (Hencken) de reb. extant. us. in conc. oed. manik
- 8, Clauser (Namen) de tractatibus
- 9, Criger (Eysler) de usu cap. et praescript.
- 10, Göttel (Schubler) de honorario advocat.
- 11, Verdunck (Schaeffer) de necessitate consens. patrum in nupt. lib.
- 12, du Roy (Rochner) de finib. privilegiorum regum d. 13
- 13, Farber (Redeker) de jure actio
- 14, Hüsmilth (Eysler) de extrajud. criminis confessione

Q. D. R. V.
DISSERTATIO IVRIDICA
DE

EXPENSIS CRIMINALIBVS,

QVAM

DEO T. O. M. ANNVENTE
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO CAROLO

PRINCIPE BORVSSIAE MARCHIONE
BRANDENBVRG. reliqua

IN REGIA FRIDERICIANA

PRAESIDE

DOMINO

IVSTO HENNINGIO BOEHMERO

ICTO, COMITE PALAT. CAESAR. REGIAE MAI. BORVSS. CON-
SILIARIO AVLICO, ET PROF. IVR. ORD.

PATRONO SVO OMNI OBSERVANTIAE CVLTV
PROSEQVENDO

AD DIEM XXII. IVL. MDCCXVI.

IN AVDITORIO MAIORI

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

SAMVEL HENRICVS UFFELMANNVS

STADENSIS.

HALAE MAGDEBVRGICAE
TYPIS IOHANN. GRVNERI, Acad. Typogr.

DISSERTATIO IURIDICA

EXPERIMENTIS

MINERALIBUS

RECTORI MAGNIFICENTISSIMO
SALUTISSIMO PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI CAROLO

FRANCISCI BOBVSIAE MARCHIONIS
BRANDENBURG. PRINCIPIS

IN REGIA FRIDERICIANA

DOMINO

IUSTO BANNIKO BOHNHARTO

PATRONO SVO OMNI ORATIONE ANTIQVA
PROFICENDO

IN ACADEMIA MATORIA
PUBLICO EXAMINE SVMMO

SAMUEL FRIDERICI FRILLMANNI

STUDENTIS

FRIDERICIANA
TYPIS JOHANNIS GRVNERI Aed. Typogr.





PRAEFATIO.



Vo magis interest Reipubl. ne delicta maneant impunita, eo cautius prospiciendum quoque est, ne sub specie *vindictae publicae* & *salutis Reipubl.* modus excogitetur, quo secure auaritia exerceri queat. Hodie hoc facilius fieri posse a iudicibus, auri fame ductis, experientia docet, vtpote in quorum praedam non raro cedunt causae criminales, quorumque interest, propter sportulas, saepe delicta committi. Neque tales duntaxat auide *causas criminales* suscipiunt, magisque inuoluunt quam euoluunt, sed quidam tam praefrictae frontis sunt, vt abiecta omni verecundia causas criminales promoueant, ob leuissimos excessus inquisitiones prolixas, multarum sportularum feraces, instituant,

A

vt

vt saepe expensae, in quas condemnatus est reus, vltra triplumpoenam excesserint. Sunt omnino etiam leuiora delicta punienda, vt BRUNNEMANNVS *in process. inquis. t. 5.* plenius euincit, sed non debebat inde nasci iniuria, vnde iura nascuntur; non debebat in his admitti processus inquisitorius prolixior; sufficeret sine dubio talis, quem in *disciplinis Academicis* adhibemus: sufficeret extraordinarius, summarius, breuissimus, quem etiam causae paruae ciuiles desiderant. Possent hi abusus facilius tolli & euitari, si sportularum, quibus pascuntur iudices, criminalem iurisdictionem habentes, modus refrenaretur, et aliunde labor eorum compensaretur, quod etiam iustitiae ratio postulat, obseruante PETRO HEIGIO *lib. II. qu. 23. num. 2. seq.* Sed hoc magis optandum quam sperandum. Interim tamen omni ope in id enitendum est, vt expensae criminales, quas plures hodie nimis late extendunt, ampliant, augent, magnopere coangustentur, et iudices sui officii admoneantur. Aiunt alias interpretes, teste HEIGIO *cit. l. n. 6.* quodocumque quis munere suo fungitur vel aliquid ex officio facere tenetur, id ipsum proprio sumtu et expensis facere teneri. Verum qua ratione id fieri possit et debeat, paulo penitius investigandum est, quod praesenti dissertatione, quam ex intima praxi deduxi, V. D. expediam!

CAPVT

CAPVT I.

De expensarum criminalium
speciali ratione.

§. I.



Ine *Expensis* criminalia exerceri non *Expensarum* posse, adeo clarum manifestumque *varia diuisio.* est, vt nulla probatione indigeat; maioribus inuolutum est dubiis, quis eas ferre, quisque praestare debeat? quod rectius euolui nequit, quam si expensarum criminalium specialem rationem et fundamentum enucleauerim. Sunt *expensae criminales* nihil aliud quam *sumtus erogati vel erogandi in causarum criminalium expeditionem et executionem*: a *civilibus* obiecto differunt, quae in causarum criminalium euolutionem impendi debent. Vulgo easdem distinguunt in *iudiciales* et *extraiudiciales*: illae sunt, quae iudici eiusque ministris soluuntur, hae vero, quae aduocatis, procuratoribus, testibusque pro vectura et sumtu praestantur, quaeque pro quauis alia necessitate erogari debent, quae in criminalibus magis sese exlerit, quam civilibus. Conf. LAUTERBACH. *de expens. victor.* §. 10. HORN, *class.* XV. *resp.* 100.

§. II. Sed haec notissima sunt. Grauior est disce- *Fundamentū* ptatio, quis eas ferre debeat in causis criminalibus? id quod *iuris naturae* ex causis, ob quas peti possunt, euoluendum. *Naturale* (I) *quis ad im-* omnino est, et rectae rationi conforme, vt ille ferat *sum-* *pensas feren-* *tas obstrictus* *sit.* *sum-* *tus, qui in causa fuit, vt illi fieri debuerint.* Neque enim per alterum alterius causa debet fieri deterior, neque aequum est, vt damnum, cuius causa alter existit, gratis alius de- uoret. Deinde quoque (II) etiam hoc aequum est, vt sum-

tus illi ferant, qui commodum, honorem, aliasque utilitates exire, quas expensas desiderat, percipiunt. Quid enim aequius est, quam ut ille ferat incommoda, qui et commoda sustinet percipitque? quam regulam naturalem ICI passim in emergentibus quaestionibus laudant probantque vid. *l. 10. D. de reg. I. l. 49. ad L. Falcid. l. 23. ad Sc. Trebell. l. 22. §. pen. C. de furt.* Denique (III) sumtus quoque illi incumbunt, cuius gratia et intuitu primario facti sunt, et ad cuius utilitatem tendunt. *l. 2. D. de negot. gest.*

Vfus regulae
primae in cau-
sis criminali-
bus.

§. III. Non recedunt iura nostra criminalia ab his principiis naturalibus, sed eadem amplectuntur; verum quia *generalia* sunt et *indefinita*, ut in casibus specialioribus non raro dubium oriri queat, ea specialius determinant, iisque, quod saepe necesse est, vel aliquid addunt, vel nonnunquam pro re nata detrahunt, iuxta *l. 6. D. de I. et I.* Prima regula in causis civilibus & criminalibus attenditur. Quid enim? qui temere litigavit, nonne in expensas condemnandus? *l. 79. pr. de iudic.* quid iustius, quam ut is, qui processum temere et pessima intentione retardavit, sumtus, quos causavit, ferat? *l. 4. C. de fruct. et lit. expens. c. 5. X. de dol. et contum.* FERMO SINVS ad *cit. c. qu. 6.* Quis contumacem excusabit ab expensis, quas contumacia sua causavit? *l. 13. §. 2. C. de iudic.* Quis iudicem ab iis absolvet, si per iniuriam & de facto processit? *art. 20. et 61. in f. Constit. criminal. Carol.* Vnde fluxit etiam illa regula, quod victus victori in expensas sit condemnandus, quam recipit Pontifex in *c. 4. X. de poen.* eiusque usum ad causas pecuniarias restringere videtur; verum in criminalibus quoque eius usum esse, infra expedi- am, si temeritas, calumnia, aut alia culpa adsit. Denique ex hac ratione quoque aequum est, ut ille ferat sumtus, qui culpa sua inquisitioni causam dedit, siue sit denunciatus siue in- quisitus.

Vfus secundae
regulae.

§. IV. Alteram regulam quoque iura criminalia admit- tunt, et ex ea interpretes inferunt, quod cum multas capi- ant domini iurisdictionales, aequum quoque sit, ut sumtum
se

ferant, pro exercenda iurisdictione. HEIGIVS *p. 2. qu. 23. num. 2.* Ambiunt vt plurimum nobiles iurisdictionem altam, eam in pretio habent, sibi que honori ducunt, si eam exercere possint. Commoda porro sustinent ex multis, et hac ratione huius iurisdictionis quoque ratio habetur in aestimando praedio, cui illa cohaeret. Cum ergo commoda et honorem inde habeant, quaedam quoque incommoda ad minimum ferre, alios vero iis onerare haud debent, quod etiam Sanctio criminalis passim iniungit. *vid. art. 204. 205. C. C. C.* De quibus autem expensis hoc intelligi debeat, et quando potissimum magistratus ad illas ferendas obstrictus sit, infra expediendum erit.

§. V. Denique nec vltima regula in causis criminalibus negligitur. Qui aliquid petit, et fieri desiderat in sui fauorem, ad id sumtus quoque erogare debet. *art. 75. et 215. C. C. C.* Quid aequius est, quam vt is sumtus, in rem factos a iudice, restituat, qui rem suam esse in causa criminali probauerit? *art. 207. 208. 209. 210. 213. C. C. C.* Quod reus impendit pro defensione sua ostendenda, id regulariter repetere nequit, nisi aliunde causam repetendi habeat, et qui transmissionem actorum vrget, ad eam sumtus erogare cogitur. *art. 219. verb. und ist dabey C. C. C.* E contrario in quibus deficiunt hae causae, expensas repetendi vel faciendi, illi quoque eisdem non onerandi, adeoque subditi haud adstringendi sunt, vt expensas criminales ferant. Ad minimum regula pro subditis militat: quod enim in nonnullis locis ad eas ferendas adstringantur, *ex peculiari consuetudine* est, quam infra examinabo, *vid. HEIG. cit. l. n. 9. ADRIAN. BEIERVS de expens. execut. crimin. c. XI. sq. CARPZ. in pr. crim. qu. 138. n. 69. B. LINCKIUS de centena c. III. §. 2. WEHNER observat. pract. voce Zent.* Equidem subditos ad has impensas regulariter ferendas obstrictos esse, vel inde quidam euincunt, quod inde commodum in eos redundet, vt iustitia administretur, et prouincia malis hominibus purgetur; sed haec ratio tantum indicat, consuetudinem talem non adeo improbam aut iniquam esse, neces-

Vtus tertiae
regulae in cri-
minalibus.

sitatem certe nullam infert, vt domini iurisdictionales subditos ob has impensas collectare queant, si deficit consuetudo. Quod commodum inde sentiunt subditi, etiam alii in vicinis locis commorantes sentiunt, qui tamen minime adstringuntur ad sumtus inde ferendos. Proprior et adstrictior adest causa ferendi sumtus in aliis, infra expedienda.

Quomodo
procedi debe-
at circa ex-
pensas si om-
nes tres cau-
sae adductae
concurrant.

§. VI. Quoniam vero contingere potest, vt omnes tres causae concurrant, et inde dubitetur, cuiam *primario* et *principaliter* hoc onus incumbat, inde (I) ipsius processus criminalis ratio inspicienda est: aliter vtique proceditur in *accusatorio* aliter in *inquisitorio*; aliter rursus, si ad *denunciationem* iudex processerit. Ordinatio Carolina criminalis vt plurimum tantum loquitur de processu *accusatorio*, adeoque incauti sunt, qui inde statim argumenta trahunt ad processum *inquisitorium*. Proinde C. II. de *expensis criminalibus in processu accusatorio* et c. III. de his, quae in *inquisitorio* erogari debent, distincte agam. (II) Simul ratio habenda fortunarum et patrimonii eorum, qui merito expensas refundere debent, his quippe deficientibus, ad alios hoc onus in *subsidium* deuoluitur, infra eruendum. Denique (III) expensarum quoque non vna eademque ratio est, sed variant, et sic pro harum differentia leges diuersimode distinguunt.

Variae expensarum criminalium species.

§. VII. Vt ergo secundum haec in sequentibus eo promptius et inoffenso pede procedi queat, varias expensarum criminalium species eruam, easque ordine alphabetico referam, sub illis titulis, prout in actis designari solent:

Die Ablösung des Leib, Zeichens. In homicidii casu ab antiquo vsitatum fuit, particulam vel frustulam quandam cadaveris, vel vestimentorum sanguine infectorum abscissam reseruare ad diem executionis solennem, vt *corpus delicti* repraesentaret, quem morem plura iudicia adhuc seruant vid. *Bäyser in prax. crimin. p. 234.* Inde sumtus lictor praetendit vor abzulösen zu dörren und zu backen v. c. si manus abscissa est. *BEIER, de expens. execut. crimin. c. 14. n. 694.*

Abfol.

Abfolgung des Todten. Cörper. Cadaveris occisi sepultura proximis non est deneganda, sed nec haec permissio gratis concedi solet.

Abshrifft. Gebühren vid. *art. 83. C. C. C.*

Aduocaten Gebühren. Salarium aduocatis vel defensoribus, vt vocantur, aequè in criminalibus, ac in ciuilibus, debetur, siquisi tantum in bonis habent vt illud praestare queant. Alioquin *gratis* operam illis praestare debent, et ad hoc a iudice, si *ordinarii* sunt, cogi possunt, *GAIL. lib. 1. obs. 43. n. 11.* quin in defectu horum iudex ex officio pro defensione reorum sollicitus esse debet. *MEY. p. 2. dec. 321. n. 2.*

Angriff h. e. apprehensio et ad carcerem deductio. Vocari alias solet *der erste Angriff* / pro quo lictoribus certum proemium solui solet vid. *BEIER. de expens. execut. criminal. c. XIV. n. 701.* vocari etiam solet, das Fang und Schließ. Geld quam consuetudinem improbat *VENTURA de VALENTIIS in parthen. litigioso lib. 1. c. 13. n. 12.*

Arzt- und Barbier. Gebühren / veluti pro sectione et inspectione cadaveris.

Inquisitionen - articul zu formiren und die Inqisiten Auf- sage aufzuschreiben. Neque enim iudices gratis operam praestant, sed pro quavis opera impensas designant, salua moderatione.

Azung / qua appellatione potissimum alimenta reo praestanda denotantur. vid. *art. 153. C. C. C.*

Aufhebung des Todten. Cörper. In Saxonia Electorali suntus hi determinati sunt, daß wenn es über die Meile laufft / Fuhrlohn und Zehrung mit eingerechnet / dem Richter 8. gr. zween Schöppen 7. gr. dem Land. Knecht 6. gr. und dem Schreiber 3. gr. gegeben werde; vid. *corp. iur. Saxon. p. 600.*

Vor Aufzeichnung der Güter derer Flüchtigen. vid. *art. 206. C. C. C.*

Auslieferungsgeldern. Remissiones delinquentium non quidem hodie sunt necessitatis, solent tamen vt plurimum sponte ad desiderium iudicis loci, vbi delictum commissum, fieri, sed expensis iudicis petentis, non requisiti. Proinde

inde requirens omnes indifferenter suntus refundere debet.
 CARPZ. *pr. crim. qu. 110. n. 67. sq.*

Ausruffung des Gerichts. Haec solennitas fit in ipsa die executionis, nec sine expensis expeditur. *vid. Carpz. iur. Sax. cit. l.*

Ausschieffegeld. *vid. ibid. cit. l.*

Ausschuß / quales nonnullibi sunt, qui ad reos fugitivos persequendos et apprehendendos mittuntur, quibus itidem pro praestita opera aliquid soluitur.

Bann und Achts Gelder. Processus Banni per fiscalem contra fugitium decernitur, et suntus haud exiguos desiderat, de quib. *vid. CARPZ. p. III. pr. crim. qu. 138. n. 61. sq.*

Barbier Gebühren *vid. Artzt. Gebühren.*

Vor Berichte nach Hofe. In praefecturis plerorumque locorum hoc receptum est, vt in causis criminalibus grauioribus relationes de circumstantiis notabilioribus facere, et iussa principis vel regiminis expectare debeant.

Vor Besetzung des Gerichts. Harum expensarum fit mentio in *art. 204. C. C. C.*

Besichtigungs Kosten. Inspectio desideratur, tam si vulnera non lethifera inflictas, quam si cadaver occisum reperiatur. Expensae priori casu soluendae hinc inde determinatae sunt. *BEIER, cit. l. c. 4. n. 107.* Posteriori casu saepe maiores desiderantur, quia plus curae et sollicitudinis vt plurimum hic requiritur *vid. art. 149. C. Crim. Båyser in praxi crim. p. 141. seqq.*

Bewachung der delinquenten. Hoc onus saepe tenentur subiecti ex antiquo more subire ohne Entgeld / maxime in pagis, id quod nobiles ab antiquo rusticis imposuere *vi dominicae potestatis*, vnde tot alia onera dependent. Alibi ingentes sumtus in custodiendis reis desiderantur, qui tamen praecaueri possent, si nobiles idoneos talesque carceres haberent, qui asseruandis reis idonei sunt. Vnde durum est, his expensis grauari, vel subditos vel reos, quin potius iudex illas sufferre teneretur.

Blut.

Blutschreyers Gebühren / mo es herkommens ist. vid. *corp. iur. Sax. p. 1. p. 600.* Deritu hoc vid. *art. 87. C. C. C. Dn. FRIESE. diff. de clamor. violent. Käyser in pr. crim. p. 2. p. 55. seqq.*

Bothen-Lohn / vid. BEIER. *de expens. execut. crim. c. IV. n. 103. et art. 17. C. crim. Car.*

Citations-Gebühren / und dieselben anzuschlagen, BEIER. *all. l. p. 34.*

Confrontations-Gebühren. De ipsa confrontatione plenius erudite agit B. TABOR.

Commissions-Gebühren. vid. *art. 70. et 73. C. C. C.*

Copial-Gebühren. BEIER. *all. l. n. 105.*

Defensions-Kosten. Hae expensae pro diuersitate circumstantiarum reo absoluto saepe tantum adiudicantur hac formula: er ist auch nicht mehr/als die auf seine defension gewandte Kosten / zu erstatten schuldig.

Vor die Durchföhrung der maleficanten. Quando delinquentes ducuntur per districtus alterius magistratus, hoc illi indicandum, et sportulae quaedam praestandae. vid. BESOLD. *in thes. vor die Durchföhr.* BEIER. *cit. l. c. 114. n. 101.*

Vor examinirung der Zeugen. Siue fiat immediate siue mediate per alium iudicem. Ipsi quoque testes indemnes sunt seruandi per *art. 75. C. C. crim.*

Executions-Gebühren zum Tode. BEIER. *c. 4. n. 100.*

Fänge-Geld BESOLD. *in thes. voc. Fänge und Schließ-Geld/ estque illud praemium, quod solvitur vor den ersten Angriff.*

Fiscals-Gebühren / tum in processu Banni, tum si accusatoris vices tenet.

Folge / quando manu militari quis apprehenditur, cui aliquid pro praestita opera solvitur. BEIER. *cit. l. c. 5. n. 120.*

Frohnen-Gebühr / bey Hegung des Gerichts.

Führung zum Gericht / wenn die execution nicht geschiehet. In Ducatu Vinariensi hoc casu lictori debetur thalerus, notante BEIERO *c. IV. n. 101.*

Galgen. Steuer. Erectio patibuli magnos desiderat sumtus, vt ipse innuit CAROLVS V. *art. 215. Consit. crim.* additque saepe eos, sed inique, ab accusatoribus exigii; saepe etiam eo nomine collectantur subditi, prout ostendit, BEIER. *cit. l. c. 9. n. 318. fgg.*

Vor einen Geleits. Brieff. Qui saluum conductum desiderat, propriis expensis eum redimere debet.

Geistliche Gebühr. vide infra **Prediger. Gebühr.**

Haft. Brieff. vid. infra **Streck. Brieffe.**

Lebe. Geld quod soluitur pro eleuatione cadaueris vid. BEIER. *cit. l. c. 14. n. 687.*

Legung des Peinlichen Gerichts. vid. *corp. iur. Saxon. cit. l.*

Leudergeld. Generatim hac voce denotantur omnes expensae criminales, a subditis ferendae, si consuetudo adsit, de quibus ex professo BEIER. *cit. l. c. 9. fgg.* agit. Non dubium est, ab initio tantum expensas, lictoribus suppeditandas, hac appellatione denotatas fuisse, tractu temporis tamen morem hunc ad quoscunque sumtus tractum fuisse.

Leerde. Geld. Collectam locariam hanc vocat BEIER. *cit. l. c. 9. fgg.* quam propter expensas criminales subditi facere *ex more* coguntur, qui focum habent, die ihr besonder Feuer und Heerd haben. Ita communiter. Verum constat, priscos germanos voce Leerd non focum sed terram designasse. Ait TACITVS *de morib. Germ. in communi Herthum i. e. terram matrem colunt.* Vnde adhuc hodie nobis terra dicitur Erd / alibi Leerd, adeo vt in Saxoniam inferiori praedia rustica saepe etiam Hert vocentur. MEIBOM. *tom. III. rer. german. in not. ad Trminalam p. 30.* adeoque Leerde. Geld dici posset collecta, quae soluitur intuitu terrae, quam possident. Rustici antiquitus omnes suos fundos a dominis accipiebant, et quia praeterea seruilis conditionis erant, varia onera iis imperabant, et quamuis deinceps status quorundam libe-

liberior factus fuerit, onera tamen plura intuitu *terrarum possessorum* subire coguntur, quibus expensae criminales quoque annumeratae sunt. Imo non tantum hoc onus hac voce denotatur, sed praeterea etiam quandoque olim, quod praestandum domino post mortem est, Anglis dicitur *Heriotum* vel *Heregeat*, prout ostendit CANGIVS in *gloss.* voce *Heriotum*, quam vocem quidem deriuat a voce *Heer*, exercitu, quasi quod *pro exercitu* soluendum, sed prout existimo, pro *diuersitate* personarum potuit dici *Heer* • *Geld releuium*, vel etiam *Heerd* • *Geld* / quae duo non raro confusa videntur fuisse. Datur etiam hodie *Heerd* • *Geld* / seu praemium, quod emtores aedium venditorum vxoribus in superpondium pretii dare solent, si conuentum est, quod itidem intuitu *terrae*, quam forsitan mater familias aegre dimittit, soluitur.

Vor *Inrotulation der Acten.* BEIER. cit. l. c. 4. n. 105.

Kost • *Geld* vor die Gefangenen. vid. *Uzung*.

Land • *Knechts* • *Gebühren* bey *Hegung* des *Gerichts*. vid. *corp. iur. Sax. cit. l.*

Leib • *Zeichen* abzulösen / vid. *Ablösung* eines *Leib* • *Zeichen*.

Lieferungs • *Kosten* der *maleficanten*. vid. *Auslieferungs* • *Gebühren* / et BESOLD. voce *Lieferung* der *maleficanten*.

Malefiz • *Kosten*. Idem sunt quod *Kencfer* und *Heerde* • *Geld* / refertque BESOLD. *conf.* 3. p. 176. Das *Recht* die *malefiz* • *Kosten* von denen *Unterthanen* einzufordern / inter *iura meri* et *mixti imperii*.

Peinlich *Gericht* zu *hegen* vid. *corp. iur. Saxon. cit. l.*

Prediger • *Gebühren* bey *Ausführung* der *Gefangenen* / wo es üblich. v. *corp. iur. Sax. cit. l.*

Publications • *Gebühren* eines *eingeholten Urtheils* v. *corp. iur. Sax. cit. p.* 601.

Vor *registraturen* / tam in *elevatione* *cadaueris* quam per totum *processum*.

Vor einen *neuers* wenn ein *Gefangener* in andere *Amter* abgefölget wird. BEIER. cit. l. c. 4. n. 183.

Richter-Gebühr v. ius Saxon. cit. l.

Scharff. Richter-Gebühren. BEIER. cit. l. n. 100.
et 106.

Schließ-Geld. BEIER. cit. l. c. 14. n. 703.

Schöppen-Gebühr bey Aufhebung des Todten-Cörpers/
Siegung des Gerichts und sonst art. 204. C. C. C. BEIER. cit.
l. c. 4. n. 103. seq.

Schreib-Gebühren in peinlichen Sachen. vid. corp. iur.
Saxon. cit. l. et art. 204. C. C. C.

Vor das Schrecken in der Marter-Cammer. BEIER.
c. l. n. 106.

Sections-Gebühren/ quae medicis et chirurgis debentur.

Sitz- und Stockgeld. Vt plurimum soluitur vnus gros-
sus Sitz-Geld von ieden Gefangenen Tag und Nacht.

Vor einen Straupenschlag. In Saxonia et Ducatu Mag-
deburgico soluuntur licitori 30. grosfi.

Steckbriefe sunt literae, quibus iudices cuiuscunque lo-
ci implorantur, vt fugitiuum apprehendant.

Tortur-Gelder. vid. corp. iur. Sax. p. 601.

Verschickungs-Kosten/ vt plurimum acta criminalia
transmitti debent, prout saepe indigitat *ordinat. crim.* quae
transmissio non leues sumtus postulat. vid. art. 219. C. C. C.

Vor eine Verweisung licitori aliquid iudem soluendum.
BEIER. cit. l. c. 4. n. 106.

Vor eine Ubergicht vid. corp. iur. Sax. cit. l.

Urthels-Frage; in Saxonia soluuntur 5. gr.

Urthels-Gebühren. art. 219. cit.

Wächtergeld vid. Bewachung der maleficanten.

Waregeld/ cuius fit mentio in art. 176. et 204. C. C. C.

Zehrung und Reisegelder/ wenn in peinlichen Fällen der
Beamte oder Land-Richter über Land reiset. BEIER. cit. l. c. 4.
n. 104.

Vor Zeugen-Verhör vid. *examinirung der Zeugen.*

Vor das Zettergeschrey vid. *Blutschreyer.*

§. VIII. Ex his liquet, quam ingens cumulus expensarum criminalium sit, et quot diuersis titulis designari soleant. Fortan alibi noui adhuc tituli sunt, quia proh dolor! vbique fere iustitia *sportularia* est facta. Jam suo tempore CAROLVS V. medelam huic rei adferre voluit, praecepitque in haec verba in *art.* 204. Eine iede Obrigkeit der peinlichen Gerichte soll solcher Gerichts-Kosten und Abzug halben ziemlich und gleichmäßige Ordnung machen / das dadurch niemand überflüßig beschweret / und die beschuldeten Uebelthäter desto leichter zu gebührlicher Straffe bracht und aus Furcht unbilliger Unkosten / recht und Gerechtigkeit nicht verhindert werde. Satisfactum huic monito in Saxonia, Ducatu Magdeburgico, alibique. Sed in plerisque locis adhuc hae determinationes desiderantur, inde est, quod actis transmissis *moderari* debeant expensae, exceptis iis, quas iudex praenumerauit. Ipsa *moderatio* non tam ex iudicis labore, quam ex eo, quod *aequum et iustum* est, facienda. Saepe iudices, reum bene peculatum habentes, plus, quam par erat, operae in inquisitionem impendunt, quo plures sportulas exigere queant. Sic ante aliquot hebdomadas ad Facultatem iuridicam transmissa acta criminalia fuisse mihi retulit Dn. PRAESSES, in quibus iudex in *causa leniori* formauerat ultra 160. articulos, et in examen inquisiti plus chartae et operae impenderat, quam necessarium erat. Quis vero pro hoc inani et superfluo labore iudici expensas *aequiuales* adiudicaret? Vnde prudentis et discreti iudicis arbitrium necessarium est, qui *medie* haec aestimabit, ne facile *delicatus reus*, nec etiam *onerofus iudex* audiatur, vt in simili fere casu ait JCtus in l. 25. in f. D. de actione pignorat.

Remedia contra cumulum expensarum criminalium.

(1) vt per leges determinentur.

(2) vt a iudice ex aequo et bono moderentur.

CAPVT II.

De expensis praestandis in processu accusatorio.

§. I.

Non adeo mirandum est, diuersam esse expensarum rationem in processu *accusatorio* ac quidem *inquisitorio*, cum

B3

cum

rum in pro-
cessu accusa-
torio et inquit-
torio.

Auctores de
expensis cri-
minalibus
laudantur.

Accusatoris
appellatione
hic non con-
tinetur fisca-
lis,

nec denun-
tians.

cum vterque processus magnopere inter se differat, maxime in eo, quod ibi adsit *actor*, quod ratio processus desiderat, adeoque *ille* magis ad *ciuilem* processum, quam *hic* inclinatur. Reuera enim regulae, quae de expensis in *causis ciuilibus* tradi solent, accusatorio in plerisque applicari possunt, quod etiam ipsemet CAROLVS V. obseruauit, qui quando de *expensis* disponit, fere vnice *processum accusatorium* supponit, quod plerique articuli indicant, quales sunt, *art. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 47. 61. 72. 73. 75. 83. 90. 99. 153. 154. 157. 166. 176. 201. 204. 205. 207. 209. 210. 213. et 219.* Praeter commentatores ad hos articulos de his *expensis criminalibus* plenius agunt, BEIER. *de expens. execut. criminal.* CARPZOV. *in prax. crim. qu. 138. et p. 4. C. 12. def. 1. sqq.* Excell. DN. LVDOVICI *in process. crim. c. 12.* TABOR *de confrontat. p. 169. sq.* BÄYSER *in prax. crim. p. 1. p. 214. seqq. et p. 919.* HARPRECHT. *vol. nov. conf. 94. n. 46. sqq.* IDEM *in resp. iur. crimin. et ciu. resp. 73. n. 520. seqq.* LAVTERBACH. *de expens. victor. §. 18. seq.* BERLICH. *p. IV. conclus. 19.* ANTONIVS MATTHAEI *de crimin. ad lib. 48. tit. 17. c. 4.* HEIGIVS *p. II. qu. 23.* CRYSIVS *de indic. p. IV. c. 47.* THÖNNIKER *in aduoc. prud. in foro crimin. c. 15.* aliique plures.

§. II. In processu *accusatorio* expensae redundant vel in *accusatorem* vel *reum* vel *iudicem*. De *accusatore* minus dubium occurrit; magis *de reo*, cum admodum cespitent, an hic indistincte regula locum habeat, *victum victori in expensas esse condemnandum*? Quod *accusatorem* concernit, praemitto I) *fiscalem* sub hoc non comprehendendi. Quamuis enim in plurimis locis *accusatoris* prouinciam suscipiat, et per eum *processus accusatorius* peragi videatur, magis tamen est *inquisitorius*, et iudex *ex officio* procedit, non *ad instantiam accusatoris*, quod *processum accusatorium* constituit, vnde *cap. sequenti* de expensis, hoc casu faciendis, agam. II) *Denuntiantes* et *delatores* itidem non esse *accusatores*, sed tantum excitare iudicem, vt *ex officio* inquirat, adeoque etiam hunc casum ad *caput sequens* reuocet. Denique III) nec

III) nec heredes occisi accusatorum vices et onera sustinere, si iudex ex officio procedit et inquirat.

§. III. Verum cum hic vltimus casus admodum con-
trouersus sit, non abs re erit, eum ante omnia excutere.
Cautum est SCro Siliano, vt heredes eius, qui per violentiam
occisus erat, tenerentur ad accusationem, adeo vt si hoc of-
ficium intermitterent, tanquam indigni hereditate per fiscum
priuarentur. l. 9. l. 15. l. 21. in f. l. 22. l. 26. l. 27. de Sci. Silan.
l. 21. D. de his quae vi indign. adeo vt marito, mortem vxor-
is non vlsciscenti, dos auferri deberet. l. 20. de his quae vi in-
dign. l. 27. de iur. fisc. propter ingrati animi documentum ma-
nifestum, quod haec negligentia prodidisse videretur. conf.
B. HERTIVS de herede occisi vindice sect. I. §. 4. seqq. Dn.
LYNCKER, de bon. criptiuis §. 21. De praxi huius SCti va-
riae adferuntur sententiae, quae potissimum in duas resolu-
queunt quaestiones: (I) Vtrum hodie adhuc heres haud vin-
dicans necem defuncti indignus fiat? (II) annon ad minimum
magistratui ex officio procedenti expensas suppeditare teneatur
ex hereditate locupletes? Priorem quaestionem affirmant HEI-
GIVS p. 2. qu. 34. et Dn. LYNCKER cit. l. §. 22. variisque ar-
gumentis stabiliunt. Contrarium adstruunt CARPZOV, in
pr. crim. qu. 34. n. 74. ANTONIVS MATTHAEI de crimin.
ad tit. de sicar. c. 7. §. 10. HERTIVS cit. l. sect. III. §. 6. ideo
quod secundum art. 214. nemo ad accusandum hodie inui-
tus teneatur, et quod, introducto processu inquisitorio, ho-
die ratio huius poenae cesset, cum non sit verendum, vt tale
delictum maneat impunitum. His regerunt dissentientes,
poenam priuationis non ideo esse constitutam, ne delicta ma-
neant impunita, sed propter ingrati animi vitium, et of-
ficii pietatis neglectum. l. 22. cit. In hac sententiarum dis-
crepantia distinguendum esse iudico, vtrum caedes sit notoria
an occulta? Illo casu ad accusandum non tenentur heredes,
quin potius ex praxi vniuersali Germaniae magistratui statim
inquisitio ex officio incumbit, adeo vt inquisitorius processus
hodie sit magis via ordinaria, quam accusatorius, vt plenus
docet HARPRECHT, vol. nou. cons. 83. n. 50. seqq. Non ergo
dici

An heres occi-
si hodie accu-
sare teneatur?

Dubia,

decisio.

dici possunt heredes ingrati, quibus hoc officium non amplius incumbit, sed potius *primario* magistratui. Posteriori casu aut denunciant necem magistratui, aut eam occultare intendunt. Priori casu itidem suo satisfecerunt officio: posteriori vero demum *ingrati* sunt, id agentes, ut vindicta publica excludatur, adeoque merito haereditate priuandi. Dn. BERGER. in *Oeconom. iur. lib. II. tit. 4. §. 56. not. 12. p. 512.* Dn. PRAES. in *introduc. ad digest. tit. de SC. Silan. in secund. edit.*

An ad minimum heredes sumtus ad processum inquisitorium suppeditare teneantur?

§. IV. Quod vero nihilominus heredes ex hereditate opulenta sumtus ad inquirendum paeestare magistratui teneantur, etiam CARPZOVIVS *cit. l. n. 90. sq.* adstruit, et pluribus firmant praecudiciis Käyser in *pr. crimin. p. 1. p. 299. seqq.* et BEIER. *de expens. exsec. criminal. c. VI. n. 168. seqq.* Verum non rationibus pugnant, sed solum obseruantiam Saxoniam et Doctorum opiniones pro se allegant. Mirum est, Ictos apud BEIERVM vsüm Scti Silianiani in Germania negare, et tamen heredes ad ferendos sumtus adstringere, de quibus tamen SC. Silanianum silet. Quin quod, cum necem defuncti amplius vindicare non teneantur heredes, sed magistratus *ex officio* vindictam publicam exercere cogatur, nulla appareat ratio euidens, quae heredes ad sumtus eos ferendos, quos accusator facere debuisset, arceat. Neque enim ipsimet accusant, nec magistratus *negotium heredum*, sed *proprium* gerit, dum id facit, quod ipsius officio inest, et ad quod agendum *proprio*, non *heredum* nomine obstringitur. Is vero demum sumtus repetere potest, qui alterius nomine egit, qui alterius, non sua gessit negotia. Addit praeterea BERGER *cit. l.* etiam has rationes, quod α) eiusmodi sumtus compensari debeant cum fructibus iurisdictionis criminalis, β) quod verendum sit, ne alioquin iudex aut sumtus multiplicet aut protrahat inquisitionem. Nec γ) praecudicia a BEIERO adducta aliquid roboris habent; contrarium enim in eodem ducatu Altenburgensi olim decisum fuisse, anno 1675. docet *cit. BERGERVS*, ut constans obseruantia etiam illius loci non adlit.

§. V.

§. V. Quod ergo proprie dictum *accusatorem*, qui cum reo super commisso crimine litigat, concernit, olim quidem inscribere in crimen tenebatur, quo ipso pruritus accusandi admodum restringebatur. Jure Carolino secundum *art. XII. seqq.* vel ipsemet vel procurator eius cautionem praestare debet, daß er / wo er die peinliche Rechtfertigung nicht ausführen oder dem rechten verfolgen würden / und die geklagte Mißthat oder aber redliche und genugsame Anzeigung und Vermuthung derselben nicht dermassen bewies / daß der Richter oder der Gericht oder der mehrertheil aus ihnen für genugsam erkannt / oder sonst in Rechten fällig würde / alsdann den Kosten / so darauf gangen ist / auch den Beklagten um seine zugesetzte Schmach und Schaden abtragen wolle / alles nach bürgerlicher rechtlicher Erkenntnis. Vno verbo: cauet de *expensis et iniuria*. In illas hic aequae ut in causis civilibus condemnatus est, si vel *calumnia* detecta vel *temeritas* probata fuit. Fideiussores requiruntur, cum hic cauendum super re *incerta*: interim qui *bonorum immobilium* possessor est, super uacua cautione non onerandus, quatenus haec sufficere videatur, id quod nach Gelegenheit der Sachen und Achtung bey der Personen / est aestimandum. Etiam in causis *civilibus* cautio pro *reconuentione*, quae ex causa principali iuxta *l. 10. C. de iniur.* nascitur, et *expensis* ab eo, qui immobilium possessor non est, desideratur, adeoque hoc ipsum in *causis criminalibus* non adeo singulare est. Eadem cautio quandoque etiam requiritur, si vel maxime reus delictum fatetur, sed opposita legitima exceptione, quae si probata est, ipsum ab omni poena immunem praestat. *art. 13. C. C. C.* Equidem animus calumniandi abesse, et temeritas processus cessare hoc casu videtur, quia delictum reus fatetur: at urgentes possunt adesse circumstantiae, quae contrarium suadent, quas praesupponit CAROLVS V. Quid enim si ex probabilibus circumstantiis appareat, accusatorem de innocentia rei satis conuictum esse? si admodum probabile sit, ipsum temere exceptionem rei negare? Nam et hic falsa crimina alicui imputat, qui dolose et contra bonam fidem exceptiones, quae reum a

Accusator pro
expensis cau-
tionem prae-
stare debet,

et quidem per
fideiussores.

crimine defendunt, negat. In defectu cautionis iuxta *art. 14. C. C. C.* accusator carceri mancipandus, vel quod in Saxonia alibique receptum, ad iuratoriam cautionem admittendus est, teste CARPZOVIO *qu. 106. n. 40.*

Reus etiam
quandoque ad
cautionem
adstringitur.

§. VI. Nec tantum *accusator* ad cautionem tenetur, ipse reus etiam quandoque huic oneri subiiciendus secundum *art. 153. consilii Carolini*. Distinguendum enim, utrum reus simpliciter neget delictum, an vero illud fateatur, opposita exceptione? Priori casu non cauet. Posteriori vero aut admodum probabilis est exceptio, quo se purgat, aut improbabilis, et altioris indaginis est. Ibi adeo non cauet, ut potius actor, qui temere illam destruere conatur, cauere teneatur secundum *art. 13. cit.* Hic vero reus fit actor, fateatur enim delictum v. c. homicidium, adeoque accusator haud probat; opponit exceptionem *moderaminis inculpaetae tutelae*, nulla probabilitate subnixam, quin potius, ut credere par est, in hunc vnice finem excogitatam, ut accusator diuturnis fatigaretur molestiis, quo casu nihil aequius est, quam ut accusatori cautio praestetur. Hanc in *art. cit. 153. CAROLVS V.* imperat, et imponit rei cognatis his verbis; so sollen des Beklagten Freund dem Kläger zusörderst vor den Richter und vier Schöffen nach Ermäßigung derselben nothdürfftige caution, Sicherung und Bestand thun / ob sich solche fürgegebene Entschuldigung des Beklagten in der Ausführung mit recht nicht erfinden / das denn des Beklagten Freunde die Abgung des Beklagten auch dem Kläger Kost und Schaden / nach Ermäßigung desselben Gerichts ausrichten wollen / darinn derselbe Kläger durch die unterstandene unerfindliche Ausführung der berühmten Entschuldigung bracht würde. Sed quid est, quod rei cognati, et non potius ipse reus cauere iubeantur? Recurrendum hic est ad *art. 47. C. C. C.* vnde liquet, defensionem suscipi vel ab ipso reo, vel ab eius *consanguineis*. Hunc casum, qui forsitan aevo Carolino frequentior erat, supponit *art. 153* eum ut plurimum parentes, liberi, fratres alique id agere soleant, ut reum poenae publicae subtrahant. Vel etiam Imperator inuere videtur, reum cognatos potissimum fide-

vel eius con-
sanguinei.

fideiussores dare debere, non ut cognati aliis fideiussoribus caveant, sed potius ut hi eius sint fideiussores. Hunc sententiam suadere videntur verba *articuli* 154. Wäre aber der Beklagte so ganz arm / auch nicht Freunde hätte die ietztgemeldte caution, Sicherung und Bestand zu thun vermöchten zc. h. e. Si quis cognatos haud habeat, quibus idonee cauere possit &c. Quicquid sit, primario meo iudicio reo in casu adducto incumbit cautio, cum hic exceptione utatur, et sic procrastinatione dolosa uti possit. Imo ad hunc etiam quadrat ratio *art.* 153. Damit gedenken wir hinzukommen / daß der Kläger durch behauptete unwahrhaftige und betrügliche Aussagen nicht zu Schaden bracht werde.

§. VII. Quae cum ita sint, facile liquet, iure Carolino etiam regulam, *victum victori in expensas condemnandum esse*, a parte rei obtinere. Id ipsum vero est, quod Dd. et imprimis interpretes antiqui in discrimen ambiguum vocarunt. Accusatorem quidem *victum* in expensas reo condemnandum esse aiunt, non vero reum, in casu poenae capitalis vel corporis afflictivae. Vid. IULIUS CLARVS l. 5. *sent. §. fin. qu. 62. n. 4.* CARPZOV. in *pr. crim. qu. 138. n. 6. §. qq.* Rationes horum sunt: 1) quod reus nunquam temere litiget, cum vitam et sanguinem suum quocumque modo redimere et tueri liceat: l. 1. *D. de bon. eor. qui ant. sentent.* 2) quod iniquissimum sit, reum praeter poenam *capitalem* vel *corporis afflictivam* (nam de his duobus casibus tantum loquuntur) in expensas condemnare, et sic duplici poena punire. 3) quod mors omnia luat et soluat, 4) quod, reo capitali supplicio subiecto, heredes has expensas exsoluere obstricti sint, id quod tamen aequitati repugnare videatur. 5) quod iure Saxonico *P. 4. c. 12.* haec sententia sit confirmata. Addi posset 6) etiam auctoritas iuris Canonici, cum Pontifex in *c. 4. X. de poen.* tantum *in causis pecuniariis* regulam adductam admittendam esse censent, interpretum antiquorum sententia sine dubio ductus vel deceptus. Hanc etiam sententiam esse censent l. 4. *C. de fructibus et litium expens.* in qua etiam Imperatores discrimen videntur fecisse inter causas *civiles et criminales.*

An ergo reus accusatori victori in expensas condemnari debeat.

§. IIX. Mirum vero est, Dd. hac in quaestione adhuc
 celsipitare, postquam *iure Carolino* res decisa est, uti ostendi.
 Quod *iure Saxonico* in casu *poenae capitalis et corporis affli-*
ctivae contrarium statutum fuerit, alios in eandem sententi-
 am vocare, eosque adducere non debuit, ut *de iure communi*
 idem statuerent. Unde etiam alii conformem cum *iure*
Carolino fouent sententiam, quos allegat BERLICH. p. 4.
 concl. 19. n. 11. cum quibus etiam faciunt, ANTONIVS MAT-
 THAEI *de crimin. ad lib.* 48. tit. 17. c. 4. n. 2. HARTMANN.
 PISTOR. *obs.* 92. n. 1. seq. Excell. DN. LVDOVICI *in proc.*
crim. c. 12. §. 8. seqq. HARPRECHT. *resp.* 78. n. 520. seqq. Ra-
 tiones in contrarium a CARPZOVIO adductae non adeo strin-
 gunt. Ad primam CAROLVS V. respondet, *daß der Klä-*
ger durch unwahrhaffte und betrüglische Auszüge nicht zu
Schaden gebracht werde. Nemini quidem defensio est au-
 ferenda, sed etiam nec per *inanem et friuolam defensionem*
 protrahendum, nec accusator eo adingendus, ut ingen-
 tes lumbus ratione huius protractionis facere cogatur. Iura
 fauent defensionibus, sed non friuolis exceptionibus. De-
 nique quod beneficium *leges transactioni* inter accusatorem
 et reum indulgere, ab hoc casu prorsus alienum est. Altera
 ratio dubitandi aequitatem cerebrinam continet, illis etiam
 propria, qui putant, furem laqueo punitum condemnari non
 posse in aestimationem rerum furtiuarum. Tertia inanis est, et
 quarta nihil iniquitatis continet, cum heredes omnino te-
 neantur soluere aes alienum, in cuius censum etiam hae ex-
 pensae referri debent. Denique Pontificii iuris auctoritate
 hand deterremur, quae *in criminalibus* tanti ponderis non
 est, ut a decisionibus *iuris Carolini* recedendum sit. Iuris
 ciuilis decisio in contrarium nulla adest, nec, quod *ex l. 4. cit.*
 colligitur, consequentia concludente niitur.

resolutio rati-
 onum dubi-
 tandi.

Accusator tem-
 merarius in
 expensas me-
 ritis conde-
 mnandus.

§. IX. Quae cum ita sint, relicta praxi Saxonica, quae
 multos incaute in deuia duxit, facile liquet, quando accusa-
 tor in expensas condemnari debeat. Hoc certum est, accu-
 satorum, *frivole et temere* accusantem, in expensas con-
 demnandum esse, id quod etiam reus, qui suae causae con-
 fidit,

fidit, petere solet, iuxta *art. 90. C. C. C.* Neque hoc tantum afferendum est, si per *calumniam et dolum* accusationem mouit, qui praeterea etiam *extra ordinem* coerceri potest, sed etiam si *temere* accusationem mouit. Temeritas potest *carere dolo*, non tamen *culpa, imprudentia et inconsulta facilitate*, vt dicitur in *l. 41. de recepti.* Unde etiam qui temere procedunt ad accusationem, non excusantur, *l. 1. §. 10. ad SC. Turpill.* Reo ergo pure absoluto, accusator in expensas reo refundendas condemnatur iuxta *art. 99. C. C. C.* Et qui dem satisfactionem hanc priuatam statim petere coram eodem iudicio, vel eo nomine agere potest *ciuiliter* coram iudice competente accusatoris. Ait CAROLVS V. in *art. 12. const. crim.* es soll zu seinen (des Beklagten) Gefallen und Willen sehen / den peinlichen Ankläger vor desselben Anklägers ordentlichen Richter / oder den peinlichen Gerichten dafür sich die gerichtliche Übung und Rechtfertigung erhalten hat / um solche Kosten Schmah und Schaden rechtlich fürzunehmen. Wie auch summarie und ohne Zierlichkeit des rechtlichen process, procediret / gehandelt / und die Urthel ohne weitere appellation und Suchung volenzogen werden soll. Id iubet constituitque *reconuentionis* natura et ratio, intuitu cuius etiam cautionem praestare cogitur. Idem quoque inculcatur in *art. 201. C. C. C.* adeoque non dubium est, quin etiam accusator clericus, absoluto reo, expensarum nomine, coram iudicio criminali conueniri, et ad eas refundendas compelli possit, cum reconuentione etiam clericos subiciat foro seculari. CHRISTINAEVS *vol. 2. decis. 23. Dn. Praes. in iur. eccles. protest. lib. II. tit. 2. §. 57.* Quid vero est, quod CAROLVS V. propter expensas et iniuriam separato iudicio agendum esse, decernere videatur? Respexit sine dubio ad antiquorum litem, disceptantium, vtrum expensae cum satisfactione priuata *officio iudicis* adiudicari queant, an vero reus *actione in factum*, et sic *separato processu*, illas repetere debeat? Plures posterius asseruerunt relati a BERLICHIO *p. IV. conclus. 19. n. 2.* quod causa ciuiliis et criminalis simul intentari non possint, quodque in *l. 4. C. de fruct. et litis expens.* id ipsum cautum legatur. Verum hic non simul, sed

quas petit vel in iudicio criminali vel in foro accusatoris competente.

successive causa civilis cum criminali intentatur, ut illa sit huius accessorium, et sic connexionem cum causa principali habeat, quae omnino fori competentiam fundat. MEV. p. 5. *decis.* 354. Ad hanc litem veteranorum tollendam, censuit CAROLVS V. electionem dandam esse accusatis, vtrum *separato processu* in foro accusatoris competente, an vero statim in eodem criminali iudicio de sumtibus et iniuria agere malint, hac tamen cum praecautioe, daß doch da durch demselben peinlichen Gerichte außershalb dieser Fälle und weiter / dann es vor gehabt / kein bürgerlicher Gerichts Zwang und Erkenntniß zu wachsen soll / vt dicitur *in cit. art.* 12.

compensantur
expensae,
si accusator
probabilem
causam ha-
buit.

§. X. Hoc tamen merito *ex iure communi* limitandum erat, nisi accusator probabilem accusandi habuerit causam, quo casu etiam in causa civili expensae compensantur. LA V-TERBACH. *de expens. victor.* §. 41. Hanc limitationem etiam admisit CAROLVS V. in *art.* 201. decernens: es wäre denn Sache / daß der Ankläger rechtmäßige Ursach gehabt / dadurch der Richter bewegt werden möchte / die Kosten und Schaden / aus redlichen gegründeten Ursachen zu compensiren und zu vergleichen. Exemplo rem declarat IDEM in *art.* 106. *C. crim.* quando vi etualia furto ablata sunt durch rechte Hungers Noth / die er / sein Weib oder Kinder leiden. Quamuis enim hanc ob causam reus quandoque absolui queat a poena, addit tamen re-cte: soll ihm doch der Kläger um die Klage deshalb gethan nichts schuldig seyn. Habuit enim iustam accusator accusandi causam, quod alter rem abstulerit, licet hic *ex accidente* absolui queat.

Veluti si accu-
satus graua-
tus est ad tor-
turam vel ter-
rificationem,

§. XI. Praeterea si indicia legitima aduersus reum fue-
runt, eaque ab accusatore probata, vt reus vel *torturae*
vel *territioni* subici, vel ad *iuramentum purgatorium* ad-
stringi debuerit, expensae sunt compensandae. Quamuis e-
nim reus hisce mediis sese purget, vt absolui debeat, accu-
sator tamen temerarius dici nequit. Proinde in *art.* 61. *C. C. C.*
hac de re ita cautum est: Und soll in diesem Fall der Ankläger
alleine seine Kosten / und der Beklagte seine Ahnung / nachdem er
seinen Verdacht Ursach gegeben / auch entrichten / und die Obri-
geit / die übrige Gerichts Kosten / als für den Nachrichter und
andere

andere Diener des Gerichts oder Gefängnis halber selbst tragen. Additur elegans ratio in *cit. art. 61.* denn man soll sich / nach Sage der rechten nicht allein vor Vollbringung der Ubelthat / sondern auch vor aller Gestaltuß des Übels / so bösen Leumuth oder Anzeigen der Missethat machen / hüten / und wer das nicht thät / der wird deshalb gemelder seiner Beschwerd selbst Ursach seyn. Haec ratio facit, vt idem etiam dicendum sit, si *ter-*

ritio vel *iuramentum purgatorium* decretum est. Nam qui ita suspectus est, vt purgare se iureiurando teneatur, causam accusationi dedisse intelligitur. Denique hoc quoque obseruandum, non adeo rigide procedi cum accusato, qui ob legitima indicia tortus est, nam iudex impensas pro custodia inquisiti, Sitz- und Wächter-Geld / item Scharfrichter-Gebühren ferre tenetur, quod meo iudicio ideo factum est, quia neuter ex litigantibus nocens dici potest, et sic cum singuli sumtos suos ferant, iudex quoque quosdam ferre tenetur.

§. XII. Ceterum sunt etiam adhuc aliae impensae, de quibus in *cit. art.* nihil decernitur, maxime quae *ex processus ratione* fieri debent, sed quia *ex cit. art. 201.* iam obseruauit, iudicem hoc casu compensare posse impensas, ideo consequens est, reum quoque praeter illas, quae in *alimeta* factae sunt, alias adhuc ferre debere. Paucis referam, quatenam praeterea expensae vtrique parti incumbant. Accusator tenetur ad sumtus insinuationis, es soll der Kläger demjenigen der ihm solche Verkündigung zubringt / vor eine iede Meile / so er vom Gericht aus zu ihm lauffen muß / einen ziemlichen Boten-Lohn nach gemeiner ieder Landes-Art / Gewohnheit zu geben schuldig und pflichtig seyn per *art. 17. C. C. C.* In *art. 33.* decernitur partibus dandum esse eine Abschrift derer articul, so sie aus der peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung bedürffig seyn um leidliche Belohnung / quod hodie quidem, cum in omnium manibus sit ordinatio criminalis, non est necesse, ad alia tamen extendi potest, quorum communicationem partes desiderant, idque expensis eius, qui illam desiderat, siue accusator sit, siue reus. Qui testes producit illos indemnes praestare debet iuxta *art. 75.* Similiter rotulus testium partibus

vel ad iuramentum purgatorium.

quaenam impensae compensandae sint.

com-

communicandus, es soll beyden Theilen Abschrift auf lei-
che Belohnung davon gegeben werden / iuxta art. 73. Hac
publicatione facta, disputationes vtrique iudici exhibendae
iuxta cit. art. quod sine expensis fieri nequit, adeoque si re-
us defensionem hoc casu suscipit, illam iudex omnino ad-
mittere tenetur, auf seiner oder seiner Freundschaft Kosten iux-
ta art. 47. Si accusator vel reus transmissionem actorum de-
siderat, iudex illam decernit sumtibus petentis art. 219. C. C. C.
Ex his patet plures omnino occurrere impensas praeter ali-
menta, quae vbi illae compensantur, a reo ferendae sunt,
quas pendente processu facere debuit. Et cum hodie spor-
tulæ in causis civilibus creuerunt, vix dubitandum est, quin
etiam in processu accusatorio vtrique et accusatori et reo plu-
res sumtus, quam hic designati, ferendi sint.

Judex sumtus
(I ferre debet
quos pro sub-
levanda sua
imperitia de-
bit facere

§. XIII. Id eo magis constabit, si examinabimus,
quosnam iudex sumtus regulariter ferre teneatur, secundum
constitutionem criminalem. Ante omnia illos ferre tenetur,
quos pro sublevanda sua imperitia facere debuit, quod æ-
quum est, ne quis aliena imprudentia oneretur. Si iudex
criminalis non satis idoneus est ad testes legitime examinan-
dos, per commissarios peritiores hoc examen faciendum, doch
ohne Nachtheil und Kosten der Partheyen. In genere in art.
72. C. C. C. decernitur. Und soll demnach gemeldte Dbrigkeit/
so viel an ihr ist/ allen Fleiß thun/ und was sie sich selbst nicht
verstünde/ bey Rechts, Verständigen Raths pflegen/ damit sol-
che Kundschafft dem Rechten gemäß verhöret werde/ doch auch
ohne der Partheyen Kosten und Nachtheil. Multo mi-
nus ergo pro opera adhibita secundum ius Carolinum hono-
rarium exigere potest, si examen ipsemet perfecit. Simili-
ter si iudex anceps haereat, quid decernendum, quomodo
ulterius procedendum sit in processu accusatorio, ad consilia
peritorum confugere iubetur, aufferhalb der Partheyen
Kosten iuxta art. 219. quod rursus intelligendum de iudici-
bus imperitis vel non satis instructis, quales plurimi eo æ-
quo erant. Ex quo liquet, quod, vbi transmissio actorum ex
alia causa sit a tali collegio, quod peritissimis instructum est
JCtis,

Jctis, hanc vtriusque sumtibus fieri debere, cum in eorum utilitatem et gratiam fiat. Quid enim si ex actis liqueat, iudicem alterutri suspectum videri? si vterque vel alteruter conqueratur, iudicem praeconeptis quibusdam opinionibus esse imbutum? si iudex iam definitivam tulit sententiam, et vterque vel alteruter remediis quibusdam eam impugnet? quid si *ex lege publica* indistincte acta transmittere teneatur, vtut satis idoneus sit ad ferendam sententiam? et quae plures aliae occurrere possunt causae.

§. XIV. Deinceps sumtus, quos in exercitium et executionem iudicii criminalis magistratus facere debuit, ipse ferre tenetur. Huc referuntur in art. 204. C. C. C. die Vorftehen so auf Besetzung des Gerichts / der Schöffen und Urtheiler Kostgeld und Gericht. Schreiben / Bütteln / Thurbüter / Nachrichter / und seinem Knecht aufflauffen wurden. Proinde expensas in executionem *torturae et poenae infligendae* faciendas magistratus ferre tenetur. Equidem CARPZOV. *pr. crimin. qu. 138. n. 39. seqq.* etiam generalem regulam struit, *magistratum ordinarium sumtus criminalium iudiciorum sufferre debere*, eamque variis rationibus exornat, sed *n. 54. cit. l.* addit limitationem: nisi processus criminalis ordinarius seu accusatorius institutus fuerit, additque, eo casu accusatorem ad refundendos sumtus teneri, eamque limitationem ex iure Carolino probat. Verum non concipio, quomodo haec cohaereant, cum etiam CAROLVS V. in art. cit. 204. de *processu accusatorio* loquatur, et in eo accusatorem ab his expensis iudicialibus abluat. Scilicet separandi sunt sumtus ex mente constitutionis Carolinae. Alii sunt ad instantiam partium, de quibus §. XI. actum, quos partes, quorum desiderio actus peragitur, sufferre tenentur: alii ad officium iudicis simpliciter, et executionem iudicii criminalis spectant, veluti die Hegung des Gerichts / die execution der tortur und Straffe / qui ad onera iurisdictionis spectant. Neque enim his *accusator* grauari potest, welches ganz wider das Amt und Würde eines Richters / auch das Recht und alle Billigkeit ist / wenn ein solcher Richter / wo er von

(II) quia pertinent ad executionem iudicii criminalis.

ieden Stück seine Belohnung hätte / möchte dem Nachrichten wohl derhalben zu vergleichen seyn / vt ait CAROLVS in art. 205. Nec reus, qui poenae subiectus est, vel eius heredes hos praestare debent, cum iudex fructus iurisdictionis et eius commoda percipiat, et ita quoque hoc onus executionis ferre debeat. Equidem dictum est, reum victum victori in expensas condemnandum esse; sed hoc eo pertinet, vt accusator sumtus, quos in accusationem fecit, a reo repetere possit, non item, vt iudex a reo; ne officium eius reuera videatur mercenarium: exemplo lictoris, quod CAROLVS prohibuit.

(III) in subsidium si reus sit inops.

§. XV. Porro iudex etiam ad sumtus a partibus alias ferendos extra ordinem et in subsidium tenetur, quoties ob graue inopiae telum partes illos sufferre nequeunt. Alimenta reus incarceratus sibi praestat art. 61. et 153. C. C. C. inopem accusator sustentare tenetur, und soll sonderlich ein Ankläger für eines Beklagten Nahrung und Wartgeld / dem Büttel Tag und Nacht über 7. Kreuzer zu geben nicht schuldig seyn / vt dicitur in art. 204. quod etiam confirmatur in art. 176. vbi tamen additur haec limitatio: wo nun der Ankläger solche Kosten auch nicht vermöchte / soll die Obrigkeit den selben Kosten tragen / et hoc iure Saxonico quoque comprobatum esse, testatur CARPZOV. cit. l. n. 58. Similiter sumtus in defensionem faciendi reo incumbunt; in casu vero inopiae magistratui, per art. 47. C. C. C. quod exemplo homicidii, contra quod reus exceptionem idoneam opponit, illustratur in art. 154. Actorum transmissio decernitur sumtibus petentis: verum si reus, eam desiderans, nec eius confanguinei illos praestare possint, iudex eos sufferre debet iuxta claram decisionem in art. 219. C. C. C. Wo desselben Gefangenen Freundschaft ietzt gemeldte Kosten / aus Armuth nicht vermöcht / so soll er auf der Obrigkeit Kosten solchen Rath zu erstern schuldig seyn.

(IV) Si de facto et per iniuriam processit.

§. XVI. Denique magistratus innocenti ad sumtus restituendos tenetur, si de facto processit, et per iniuriam quid contra reum decernit. Huc refero si iudex sine legitimis iudiciis reum torturae subiecit, si vel maxime id fecit, periculo petentis accusatoris. Neque enim accusatoris iniquissimo desit-

desiderio indulgere, sed secundum iura procedere debuit, quod plenius adstruit B. Dn. STRYKIVS *diss. de periculo petent.* Hoc cautum est ab Imperatore in *art. 20. C. C. C.* constitutumque, talem iudicem inique torto teneri seiner Schmach / Schmerzen / Kosten und Schaden der Gebühre Ersetzung zu thun / quod etiam repetitum est in *art. 61. inf.* Neque praestatio *vrphedae*, qua iurare coguntur, se nullo modo iniuriam perpeffam vindicatueros esse, ab his expensis damnisque iudicem liberabit, sed, relaxatione *vrphedae* impetrata, permiffum est, reo inique torto, seiner Schmach / Schmerzen Kosten und Schaden mit recht / doch alle thätliche Handlung außgeschloffen / zu suchen.

§. XVII. Superfunt adhuc quidam casus, qui etiam ad *processum inquisitorium* commode applicari possunt, veluti quando a *subditis* vel etiam *heredibus* accusatoris aut rei, vel ob *contumaciam* expensae repeti possunt &c. quos hic non tangam, sed *cap. seq.* indicabo, et praecudicis illustrabo.

Casus communes ad caput sequens referuantur.

CAPVT III.

De expensis in processu inquisitorio praestandis.

§. I.

Processus *inquisitorius* ab *accusatorio* in multis differt, proinde non adeo mirandum est, si etiam ratione praestandarum expensarum peculiare quasdam regulas habeat. Equidem in *ordin. Carol. crimin.* iura diuersa processui inquisitorio praescripta non sunt in hac materia, sed prout obseruaui, quando de *expensis criminalibus* loquitur, processum accusatorium tantum supponit: de *inquisitorio* nihil addit, vnde factum esse reor, vt interpretes crediderunt, in hoc ad regulas ibi praescriptas non praecise respiciendum esse. Accessit noua ratio; quod iudex in *processu inquisitorio*

Cur in processu inquisitorio non oblineant regulae quae ad ductae sunt.

accusatoris vices imo plus laboris et studii suscipere debeat quam in *accusatorio*, et quod accusator quidem *spon*te accuset, iudex vero ex *necessitate officii publici*, quod gerit, trahatur ad inquisitionem, adeoque non levis culpa penes eum residet, qui inquisitioni causam dedit, quam innocentia vitae evitare potuisset, prout infra plenius enunciam.

Inquisitus vi-
Aus etiam hic
in expensas
condemna-
tur.

§. II. Ante omnia vero ostendendum erit, in quonam expensarum in utroque processu sit una eademque ratio. Videlicet in eo conveniunt de iure communi, quod si vel maxime reus poena corporis afflictiva vel capitali afficiendus est, in expensas tam processus quam alimentorum condemnandus sit.

Dubia, quae in processu *accusatorio* moventur, etiam in *inquisitorio* moveri solent, quae hic non repetam, cum supra iam sint reiecta. Id etiam ex *art. 204. C. C. C.* retentum est, ut iudex carnifici mercedem debitam solvere teneatur, quamvis reliquas impensas condemnatus ferat. Ita pronunciatum est ab illustri facult. iurid. huius loci. *M. Mart. 1716.* Wofern sichs nun befindet/ daß er insgesamte 5. Ducaten werth des besten Goldes empfangen/ so wird er als ein verläumbder Dieb Inhalts Käyfers Caroli V. Peint. Hals-Gerichts Ordnung mit dem Strange vom Leben zum Tode/ woferne aber das empfangene nicht 5. Ducaten anstraget/ wird er mit dem Festungs-Bau auf Lebens-Zeit bestraffet/ er ist auch auf beyden Fällen die aufgewandte Unkosten auf vorbergehende liquidation und richterliche Mäßigung/ ausser so viel davon auf die Peinigung gegangen/ als welche die Gerichte tragen müssen/ auf seinen

iudex inquisi-
tis ad alimen-
ta in subsidi-
um teneatur.

theil abzustatten schuldig. Similiter utriusque processui hoc quoque commune est, quod reus, si per vires patrimonii hoc licet, sibi alimenta praestare debeat, et quod iudex etiam inquisitis *in subsidium* ad alimenta teneatur. Praeterea ob

contumax hic
quoque in ex-
pensas conde-
mnatur.

contumaciam quoque in expensas contumax condemnari potest, quod rursus in quovis processu etiam aequitas iubet et praxis firmat, teste *CARPZOV. in pr. crim. qu. 138. n. 59.* Seriem eorum, quae in compendio dixi, illustrabo notabili responso Facult. ill. iurid. huius loci *de M. Sept. 1715*, in quo omnes ferme circumstantiae antea tactae occurrunt. Verba huc pertinentia

cia hae sunt. Obwol sonst der punctus expensarum nicht eher/als bis die ganze inquisition geendiget / determiniret und abgethan werden mag / zumahl bey der End-Urthel sich finden wird / ob / das inquisit dieselben tragen solle / erkannt werden möchten / welches daher fast unwahrscheinlich seyn will / weil er bereits wenigstens so weit graviret ist / das er ad perpetuos carceres condemniret werden kan / quando autem poena corporis afflictiva vel capitalis dictari potest, expensas ipsomet magistratus tubire debet, quia ob redemptionem sanguinis nemo praesumitur temere litigasse, et si bonis quoque eius imminutio immineret, duplici afficeretur poena

LYNCKER. resp. 79. n. 1. IULIUS CLARVS l. 5. §. f. qu. 62. n. 4. CARPZOV. in pr. crimin. qu. 138. n. 7. sqq. MYNSINGER resp. 59. n. 56.

Weil aber dennoch anfänglich die gegentheilige Meinung / das der inquisit, wenn er auch gleich mit einer Leibes- und Lebens- Straffe belegt wird / die auf die inquisition ergangene Kosten / da er das Vermögen hat / zu bezahlen schuldig sey / in den Rechten gegründet ist / per ea, quae docent ANTONIVS MATTHAEI de crimin. lib. 43. tit. 17. c. 4. n. 2. BRVNEM. in proc. inquis. c. 9. n. 3. D. LVDOVICI Einleit. zum peinlichen process c. 12. n. 16. Hernach auch nach der gegenseitigen Meinung zusehst zwischen denen Gerichts- und alimentations- Kosten ein Unterscheid zu machen / und so viel diese betrifft ein ieder inquisit seinen Unterhalt und Nahrung sich selber schaffen muß.

art. 206. C. C. Carol. LYNCKER. cit. l. inf.

also auch dieselbe von des D. H. Gütern billich zu nehmen / und so viel die inquisitionis Kosten betrifft / zwar bekannt ist / das die meisten Dd. vor angeregte Meinung führen / und weil poena carceris perpetui der capitali gleich gehalten wird / per art. 10. C. C. C. billich auch hierinn also verfahren werden möchte / dennoch solches / wenn es gleich wahr seyn sollte / cum grano salis verstanden werden muß / da einmahl generaliter außgemachten Rechts ist / quod etiam victus in criminalibus in expensas possit conderanari.

LAVTERBACH. *de expens. vict.* §. 18. GAIL. I. *obf.*
152. *pr.*

absonderlich aber hiebey zu erwegen ist / daß D. H. bey dieser inquisition sich sehr hatskarrig aufgeföhret / und noch biß dato in der grössersten contumacia verharret / anbey auch die commissio mit vielen umschweiffenden Worten und langen unnöthigen dictiren fatigiret / und vorseklicher Weise Weitläufftigkeit und grosse Unkosten gemacher / da doch wenn er categorisch geantworet / in kurzen und ohne grosse Unkosten alles geendiget werden mögen / also bey solchen Umständen / da er durch seine beharrliche contumaciam die meisten Unkosten causiret / die communis Dd. *sententia* / daß die Gerichten die Unkosten fragen müssen / allhier nicht statt finden mag / da auch so gar dergleichen harte contumacia selbstn mit confiscation der Güter bestraffet werden mag.

HARPRECHT. *vol. nou. cons. 83. n. 133. et 139.*

Welches absonderlich alsdann / wenn immediate a summo principe, wie allhier / die inquisition formiret wird / statt findet / da die contumacia des delinquentis desto härter und straffbarer anzusehen.

IDEM *cit. l. n. 140.*

auch sonsten die *expensae contumaciae*, von denen / welche sonsten die victi bezahlen müssen / ganz zu unterscheiden sind / und wann diese gleich aus bewegenden Ursachen nicht statt finden solten / in iene doch der contumax zu condemniren ist / absonderlich wenn eine solche exorbitante contumacia, wie allhier sich findet / den ganzen inquisitionis process begleitet / quae rebellioni non ab similibus et propterea criminaliter puniri potest.

CARPZ. *pr. crim. gn. 140. n. 40.*

So halten wir davor / daß S. Hochfürstl. Durchl. aus B. H. Gütern dessen Verpflegung so wohl / als auch die auf die commissio verwandte und zu dessen Bestrafung nöthige Kosten herzunehmen wohl befugt sind. B. R. W.

§. III. Porro dictum est *cap. anteced.*, iudicem expensas wegen Besetzung des Gerichts repetere non posse, si vel maxime reus *poena capitali* affectus est. Quod si ergo inquisitus in expensas condemnatur; iudex, qui inquisitioni praefuit, *extra ordinem* pro sua opera, exceptis expensis, quae infra recensendae sunt, *remunerationem* vel *praemium* petere nequit, quod etiam in *processu accusatorio* pronisum per *art. 205. C. C. C.* Si multum curae, laboris & operae impendit, in eo satis fecit suo officio, quod *mercenario* esse non debet. Sic cum ante aliquot annos in Academia quadam homicidium commissum esset, pro cuius inquisitione Senatus Academicus saepius extraordinarios conuentus instituerat, vrgebat quidem, vt pro hac extraordinaria opera, ipsi ad minimum 161. thaleri adiudicarentur, cui petito tamen non esse deferendum ill. Facult. iurid. huius loci censuit adiectis his Mens. Oct. 1713. rationibus: Was endlich die n. 14. specificirte Unkosten betrifft/ so ist zwar wegen der extraordinairn vielen Zusammenkünfte und Ueberlauffung des Magnifici 161. Rthlr. angesehen worden/ weil aber dennoch solches in seinen Rechten gegründet / hergegen der magistratus so die peinliche Gerichte hat / ex officio die Bemühung über sich nehmen muß / und a part vor seine Mühe dabey nichts fodern kan.

art. 204. et 205. C. C. C.

So haben solche billich iaberkannt werden müssen.

§. IV. Denique ratione heredum nulla videtur esse differentia inter vtrumque processum. Sed de ipsa *heredum obligatione* non satis conueniunt. Status controuersiae huc redit, *utrum iis in casibus, quibus accusatus vel inquisitus in expensas condemnandus fuisset, heredes, eo defuncto, ad expensas teneantur?* Varia sed non adeo concordantia de hac quaestione adfert praecidia *BELERVS de expens. excus. criminal. c. 8. n. 255. seqq.* ex quibus liquet, collegia Ictorum in diuersas tracta fuisse sententias. Videlicet varii hic possunt accidere casus, quorum alii minus alii vero plus dubii habent. Primus est, si reus iam in poenam et expensas condemnatus quod affirmatur est, cur si reus iam

Iudex ne quidem in hoc processu extra ordinem remunerationem petere potest.

An heredes soluere debeant impensas quas defunctus debuit?

quod affirmatur est, cur si reus iam

in expensas
fuit conde-
mnatus est.

vel mortem
sibi conscivit.

vel iam con-
fessus est.

vel appellati-
one interposi-
ta decesserit.

est per sententiam, et paulo post moriatur. Hoc casu he-
redes ad impensas praestandas obligari, eo minus dubii habet,
cum etiam poenam pecuniariam aliamue, quae ex bonis sol-
uenda est, heredes post *condemnationem ex iudicato* subire
cogantur. l. 20. de accus. l. pen. C. si reus vel accus. Dn. Coc-
CELI. de oblig. hered. ex delict. def. sect. IV. §. 30. CARPZOV.
pr. crim. qu. 138. n. 34. multo magis ergo expensae solvendae
sint, quae ne quidem proprie dictae poenae rationem hab-
ent. Idem dicendum esse arbitror, si metu poenae sube-
undae violentas manus sibi intulerit, quamvis id CARPZO-
VIVS cit. l. n. 36. neget. Notum enim est ex iure, quod eiusmodi
iudex sibi ipsi sententiam ferat, seque ipsum condemnet,
adeo ut olim etiam bona eius aequae ac iam *condemnati* fisco
delata fuerint per tit. D. de bonis eorum qui mort. sibi con-
sciv. Hoc etiam approbatum est in art. 135. C. C. C. sub di-
stinctione, utrum eiusmodi delicti, da er sein Leib oder Gut
verwundet hat / reus fuerit, an vero illius tantum, da er sei-
nen Leib allein verwundet? Haec tamen distinctio tantum per-
tinet ad bonorum confiscationem, non ad *expensarum refu-
sionem*, quam reus *indistincte*, tanquam *victus*, de iure com-
muni subire tenetur, qualiscumque poena demum dictanda
fuerit, et sufficit, daß er aus Furcht solcher verschuldeten Strafe
sich selbst erdötet / id quod loco *condemnationis et confes-
sionis* est. Multo magis ergo idem dicendum erit, si ante sen-
tentiam quidem, sed post *confessionem*, siue *sponse* factam, si-
ue *mediante tortura* extortam, decesserit, cum etiam haec lo-
co *sententiae et condemnationis* sit, imo adhuc fortior, quam
ipsa autocheiria. Quid si lata sententia condemnatoria ap-
pellauerit, vel novam susceperit defensionem, et pendente
appellatione decesserit reus? Criminis quidem persecutio
contra heredes non transit, non eo minus tamen *sententiam
ferre necesse est, ut accusatori, si obtineat, sarciantur omnia
damna, quae reus ipse, si vineret, sarcire cogeretur, in quo
numero etiam litis expensae continebuntur*, sunt verba FAB-
BRI in C. lib. IV. tit. 12. def. 1. quod etiam ad *processum in-
quisitorium* trahendum est, si in expensas inquisitus con-
demna-

demnatus est, et contra illam sententiam noua vsus est defensione.

§. V. Alter casus est, si reus ante omnem *condemnationem* vel *veram* vel *sielam* moriatur, quo casu magis du-
bitatur, an et quatenus tunc expensae refundendae sint? Quid si ante omnem sententiam moriatur.
CARPZOVIVS *cit. l. n. 36.* indistincte heredes a refusione expensarum absoluit, tum quod nec ipsemet reus ante condemnationem latamque sententiam ad refusionem expensarum fuerit obstrictus, quare nec eius heredes obligati esse debeant: tum quod conditio eius, qui ante condemnationem in reatu moritur, melior et tolerabilior sit, quam eius, qui ad mortem condemnatur. Alii distinguunt, vtrum reus ante an vero post litem contestatam seu *responsionem ad articulos* decesserit, ita vt non illo, bene tamen hoc casu ad refusionem teneatur, vt actio sit quasi ex contractu, qua distinctione vtitur BEIERVS *cit. l. n. 261. sqq.* eamque approbasse videtur inelyta Facultas Vitebergensis apud Dn. HORNLVM *class. XV. resp. 92.* his verbis: Ferner aus denen Nachrichten bekannt / das ordentlicher Weise dasjenige / was jemand wegen eines Verbrechens zu geben schuldig / von dessen Erben nicht gefodert werden könne / und dieselige exception, krafft welcher obgedachte Regul in dem Fall / wenn die lites contestation oder Antwort auf Articul von dem Verstorbenen geschehen / ihren Abfall leidet / auf gegenwärtigen Fall / da euer Vater sich wider die responsion auf Articul noch defendiret und vor selbiger verstorben nicht zu appliciren &c.

§. VI. Antequam hanc litem componam, quaestio praeliminaris decidenda est, an *condemnatio in expensas* genus proprie dictae *poenae* sit, vt regulae, quae in *poenis* infligendis attenduntur, hic locum inueniant? Ad *poenas* refusionem expensarum referendam esse, multa euincunt. Ad temeritatem enim lites proleptendam haec disertis verbis introducta esse dicitur in *l. 70. pr. de iudic. §. 1. in f. d. de poen. remer. litig.* quos textus repetit Pontifex in *c. 4. X. de poenis. aiens: calumniam et audaciam temere litigantium condemnando in expensas et alio multiplici remedio sanctio imperialis* quidam refusionem expensarum ad poenam referunt.

E

SCIT.

SEIT. Hoc modo quoque coercetur contumacia et tergiversatio, l. 13. §. 2. l. 15. C. de iudic. vel si retardatus variis modis fuit processus c. 2. et c. 5. X. de dolo et contumac. c. 3. et ult. X. de rescript. adeo vt si condemnatus in expensas soluendo non fuerit, alias secundum arbitrium discreti iudicis puniri debeat, vt addit pontifex in cit. c. 5. vt hoc saltem timore perterritus non facile quis in grauaminis alterius falsas exceptiones apponat. Iam autem constat, regulam qui non habet in aere, tuat in corpore, tantum locum in poenalibus habere; ad alia debita autem extendi non posse, multo minus vero ad heredes transire. vid. MARCVS RHODEN de tergo subsidiar. §. 19. Ab hac sententia alienus esse videtur FABER. in C. cit. l. vbi de refusione expensarum, qua heredes grauari possunt, agit, additque; *Nihil enim commune habet poena criminis cum rei persecutio*, quam in refusione expensarum latitare credit: meram *damni restitutionem* enim continere videtur, vti colligitur ex l. 78. §. 2. de leg. 2. l. 6. et 23. C. de admin. tut. quemadmodum etiam voce *damni dati* expensae non raro veniunt, vt in c. f. X. de rescript. et in l. 15. C. de iudic. quamuis latiori sensu etiam *poena* expresse vocetur in l. 3. §. 2. C. eod. Hac posita sententia refusio expensarum magis est *rei persecutio quam poena* stricte dicta, quod ex eo quoque colligitur, quod, vt postea euincam, etiam is, qui per iuramentum vel torturam se purgat, ad restitutionem expensarum teneatur, licet absoluat ab omni poena criminis. Nec obstat, quod *poena* dicatur, et quod in ea *tergum subsidiarium* locum habeat. Nam etiam *rei persecutio et reparatio damni dati*, vnde reus nihil lucratus est, *poena* dici potest respectu ipsius, vtur a *potiori* sit *rei persecutio*, et quicquid *extra eam* est, *poena* proprie appelleretur. l. 2. in f. de tut. et rat. distr. l. 12. §. 1. *si quis omis. caus. test.* Contra eum per quem factum est, quo minus in iudicio quis sistat, datur actio in factum, quanti actoris interfuit, eum sisti, l. 3. pr. de eo per quem factum est, et sic non *poena sed rei persecutio* in eam deducitur. Et tamen JCtus in l. 1. pr. eod. ait: *aequisimum putauit praetor dolum eius coercere*

magis tamen
est rei perse-
cutio.

Remouentur
dubia.

coërcere, qui impedit aliquem iudicio sisti, imo adhuc euidenti in l. 1. §. 4. eod. poenam, id quod interest, appellat, quod reuera rei persecutionem continet. Conf. l. 2. §. 1. D. de in lit. iurand. Ad alterum dubium, a tergo subsidiario desumptum, etiam facile responderi potest. Quamuis enim ANTONIVS TESSAVRVS decis. 182. n. 4. asserat; illud non obtinere in casu, quando pecunia applicatur auctori, non tanquam poena sed tanquam interesse, et inde inferat, Pontificem in cit. l. 5. in refusione expensarum proprie dictam poenam constituisse; recte tamen obseruant CARPZOV. in pr. crim. qu. 39. n. 48. sqq. MARCVS RHODEN cit. l. §. 39. aliq; etiam huic regulae vsum esse, quoties quis ex facto illicito ad refusionem damni conuertitur, quorsum etiam collineat l. 49. D. de admin. et peric. tutor. l. 9. D. de incend. ruin.

§. VII. Sed ne sic quidem satis lis composita est. Si Inde inferitur hodie indistincte heredes teneri ad refusionem expensarum quas defunctus suserre debuisse. vel maxime enim admitti debeat, in refusione expensarum magis rei persecutionem quam poenam latitare, obligatio tamen ex facto illicito descendit, quae in heredes non transit, ne quidem quoad rei persecutionem, l. 4. in f. de alien. mul. iudic. caus. quamuis si heres locupletior factus sit, non ex facto illicito defuncti, sed aliunde, ex aequitate naturali, actione in factum, obligetur. l. 1. in f. de eo per quem factum est l. 28. de dot. mal. l. 1. §. 48. de vi et vi arm. l. 5. pr. D. de calumn. Cum vero talis casus in expensis hisce concipi non possit, nec appareat, quo modo reus iniquum lucrum inde perceperit, generatim dicendum videtur, heredes ad has impensas condemnari non posse, nisi forte lite contestata, qua hoc casu heredes ex quasi contractu obligari videntur. l. 26. l. 58. D. de oblig. et act. l. 87. l. 104. de R. l. Nec dubitandum est, quod si hic subsistendum esset, distinctio §. 4. adducta admitti deberet. Verum ius Canonicum hic non substituit, sed generatim heredes obligauit ad damna a defuncto illicite data refarcienda, pro viribus patrimonii. Vid. c. 10. c. 12. q. 2. c. 3. c. 16. q. 6. c. f. X. de sepult. c. 5. X. de raptor. DN. THOMASIVS de larua L. aquil. detracta act. de damn. dat. §. 131. seqq. non facta distinctione, vtrum lis cum defuncto fuerit contestata

saltem ex iuris Canonici sententia.

necne, quam doctrinam etiam recepit praxis Germaniae testibus illustri THOMASIO *cit. l. §. 51. MEVIO p. 5. decis. 39. TITIO in iure Rom. priu. lib. V. c. 5. §. 10. in f. B. STRYKIO in Vsf. mod. tit. ad l. aquil. §. 5. excepta Saxonia, si credendum illustri BERGERO in oeconom. iur. lib. III. tit. 9. §. 12. not. 4. Quae cum ita sint, extra Saxoniam impensae indistincte ab heredibus defuncti refundi debent, si defunctus illos refundere debuisset, si vel maxime ante litem contestatam mortuus fuerit. Quid enim si admodum contumax fuerit, ad articulos respondere noluërit, si inani defensione pro auertenda inquisitione usus, interim tamen ita iam grauatus fuerit, vt ad minimum iuramento se purgare debuerit, si vixisset et ad articulos respondisset? Tali casu etiam heredes expensas refundere debere censuit ill. Facult. iurid. Viteberg. apud Dn. BERGER. *resp. 120.* quodeo magis notabile est, quia circumstantiae illius responsi docent, inquisitum ante responsonem ad articulos decessisse.*

Qui iuramento praestito absolutus est expensas refundere debet.

§. HX. Pedem promoueo ad differentias processus *inquisitorii et accusatorii.* Et quidem inquisitus vel *absoluitur* vel *condemnatur.* Priori casu vel ideo absoluitur, quod iuramento se purgauit, aut quod *territione* vel *tortura* indicia elisit, aut denique quod aliter indicia prorsus declinauit, et innocentiam suam ostendit. Si, *iuramento purgatorio praestito*, absolutus est, a refusione expensarum quoque cum absolui debere, putat CARPZOV. in *pr. crim. qu. 116. n. 77.* THÖNNICKER in *aduoc. prud. in for. crim. c. 16. n. 22. seqq.* TABOR. *racem. crim. IV. n. 32.* ideo, quod eadem ratio expensarum habenda sit in criminalibus, ac in ciuilibus, et dum in ciuilibus iurans ab expensis immunis est, in criminalibus quoque ab iis tutus erit, maxime cum etiam, qui torturam sustinuit, iure Carolino ne quidem in expensas condemnatur. Verum quemadmodum perpetuum argumentum a causis ciuilibus ad inquisitionem et a processu accusatorio, ad inquisitorium trahi nequit, vt infra demonstrabo, ita in *praxi vt plurimum, qui, iuramento praestito, absolutus est in expensas condemnatur, quod etiam rationem habet, quoniam*

niam vt *plurimum*, qui iuramento se purgare debet, suspectis actibus et vita sua causam inquisitioni dedit, effecitque, vt iudex contra eum inquirere debuerit, adeoque aequum est, vt expensas, sua culpa causatas, refundat, cum etiam in ciuilibus non semper expensae compensentur, vbi iuramentum praestitum est, HARPRECHT. *vol. nou. conf. 61. n. 212. seqq.* imo etiam is, qui pure absoluitur, non raro expensas ferre debeat. LAUTERBACH. *de expens. victor. th. 19.* HARPRECHT *cit. l. n. 57. conf. Dn. LVDOVICI in der Einleit. zum peinlichen process. c. XII. n. 9. BRUNNEM. in proc. inquis. c. IX. n. 6. BERGER in oecon. iur. lib. IV. tit. 25. §. 4. not. 16.* Multo magis ergo in expensas condemnandus est qui, iuramento licet praestito, propter *culpam* interuenientem extra ordinem punitur, prout respondit ill. Facult. iurid. M. Oct. 1713. Das nunmehr nach abgestattertem Reinigungs- Eyd F. A. D. und I. W. M. von der wider sie angestellten inquisition zu entbinden / es sind aber dennoch dieselbe gestaltten Sachen und Umständen nach eine Geld- Straffe / und zwar jener 200 / dieser aber 100. Thlr. zu erlegen / und die auf diese inquisition verwandte und n. 14. specificirte Unkosten / wovon die n. 3. 4. und 9. angelegte 161. Thlr. billich abgehen / die sub n. 2. aber auf 36. Thlr. 17. gr / sub n. 5. auf 24. sub n. 6. und 7. auf 7. Thlr. moderiret werden / zu erstatten schuldig / B von P. aber wird mit Erstattung der Unkosten / auffer so viel deren auf desselben defension und Verschickung der acten gegangen billich verschonet B. N. W.

Rationes decidendi.

Nachdem in unserer Urtheil denen beyden inquisiten D und M. das iuramentum purgatorium deferiret / und sie solches würcklich abgeschworen / und dadurch sich / das sie ihre Degen gegen den Entleibten F. nicht gebraucht / noch mit denselben ihn verwundet / gereiniget / so ist nunmehr nichts mehr übrig / als das die beyde gleichfalls absoluiret werden. Ob nun zwar dieselbe vermeinen wollen / das sie dergestalt absoluiret werden müssen / das ihnen keine poena pecuniaria mehr zuerkannt / noch sie in die Unkosten condemniret werden könnten / cum qui iura-

mentum purgatorium praestitit, definitivè absolvendus sit, non tantum quoad ipsam causam, sed etiam quoad expensas.

CARPZ. *pr. crimin. qu. no. n. 77.*

Zumahl da D. über dem vorschüzet / daß er ultra debitum in custodia gehalten worden / M. auch verurtheilt / daß nunmehr durch den Eyd seine Unschuld völlig an den Tag gekommen sey. Weil aber dennoch was die absolutionem ab expensis betrifft / solche alsdenn statt finden k / wenn der inquisit keine Gelegenheit zur inquisition gegeben / hergegeben wer dergestalt grauiret ist / daß er sich vermittels Eydes reinigen müssen / nothwendig dazu Gelegenheit geben müssen / dannenhero auch des Carpzovn Meinung in foro nicht angenommen ist.

BRUNNEM. *proc. inquis. c. 9. n. 6.*

B. STRYK. *introd. ad prax. c. 20. §. 12.*

Diesen zu folge denn auch D. und M. welche nicht wenig grauiret gewesen / sich der Unkosten nicht entbrechen mögen / hergegeben es eine ganz andere Beschaffenheit mit den von P. hat / als welcher seine Unschuld völlig erwiesen / und daher mit Erstattung der Unkosten billich zu verschonen gewesen / ausgenommen / Was seiner defension wegen hat aufgewendet werden müssen / welche er billich tragen muß / nechst dem die beyden inquisiti D. und M. sich nicht weiter purgiret / als daß sie ihre Degen nicht gegen den Entleibten gebraucher / und ihn damit verwundet / dadurch aber von aller culpa nicht losgezehlet werden mögen / anerwogen die ganze Sache doch anfänglich wegen D. entstanden / derselbe auch überführet worden / daß er bey dem Anfall seinen Degen mit entblösset / auch nicht wohl glaublich / daß er solchen zu seiner defension gebrauchen wollen / da F. keinen bloßen Degen gehabt / sondern von dem entwichenen B. gleich Anfangs disarmiret worden / also er wenigstens die intention gehabt / ihn feindlich zu trairiren / er auch durch sein gütlich Zureden diesen Todtschlag hätte verhindern können / so er doch nicht gethan / vielmehr sich zu solcher attaque praepariret / indem / daß vor dem alle Degen in den Winkeln gestanden / nachgehends die Studiosi solche weggenommen /

men/und wie F. wieder kommen/sich zu dem Ueberfall bereit gemacht/ und die anderen also des D. wegen sich zu solcher Rache praepariret/ so er doch billich verhindern müssen und sollen/ welches auch guten theils dem M. bey; unriessen/ absonderlich da er sich dem L. H. der den Entleibten retten wollen/ wiedersehet/ und mit dem blossen Degen auf ihn auanciret/ also gleichfalls in aliqua culpa anzutreffen/ auch die Vergießung Menschen-Blutes nicht so geringe zu achten/ sondern auch quaeuis culpa dabey geahndet werden muß/ so hat billich geschehener massen ihnen noch eine Geld- Busse dictiret werden müssen.

§. IX. Dixi, *ut plurimum* inquisitionem in expensas condemnari, si causam inquisitioni dedit, id quod etiam *ut plurimum* dicendum est, quia, qui grauat^{us} est ad *purgatorium*, a culpa vix immunis est. Interim potest etiam contingere, ut quis grauat^{us} sit ad purgatorium, non tamen culpa sua, sed merito infortunio, adeo ut mox, praestito iuramento purgatorio, innocentiae eius manifestissime aliunde appareat, simulque liqueat, eum *culpa sua* inquisitioni causam non dedisse; Hoc casu cessat omne fundamentum refundendarum expensarum, et sic reus pure absolvendus est, de quo iudex ex circumstantiis arbitrabitur. Exemplo rem declarabo. Occisus erat auriga in via publica prope Titii agrum, curru adhuc in loco praedicto reperto, equisque paulisper a via deflectentibus, ut crederetur, voluisse occisum per agrum Titii currum ducere. Occisor prorsus ignorabatur, interim fama publica, culus occisor auctor erat, spargebatur, forte aurigam a Titio fuisse occisum, ideo quod per ipsius agrum currum agere voluerit. Quia vero haec fama admodum lubricum indicium erat, iudex caute agebat, et in inquisitione generali plures summarie, et inter hos quoque Titium, examinabat. Forte fortuna in veste Titii iudex deprehendit vestigia sanguinis recentis, adeoque eum interrogabat, unde haec vestigia sanguinis? Titius magno ad hanc quaestionem terrore percellabatur, totoque corpore trepidabat, timens forsitan, ne inde indicium contra se homicidii commissi duceretur; adeoque tremula voce respondebat: *Weiß Gott ich habe es nicht gethan.*

Nisi culpa sua
inquisitioni
causam haud
dedit.

gethan. Quis non iusta ratione credidisset, occiforem fuisse repertum? Equidem indicia haecenus adducta, quoad maximam partem, elidebat, sed quia adhuc aliquod dubium supererat, iuramentum purgatorium solenne ei dictabatur. Praestito iuramento purgatorio, singulari Dei providentia verus homicidii auctor apparebat, fatebaturque, se rumorem in vulgus sparsisse, imo curram ad agrum Titii deflexisse, ut fama publica eo magis robur et maiorem haberet probabilitatem. Hoc casu Titium ab expensis liberandum esse, nemo negabit, qui inquisitioni subiectus fuit, non sua culpa, sed singulari infortunio et malitia pessima occiforis.

Vel si iuramentum nulliter exactum est,

§. X. Multo magis ergo ab expensis liberandus erit, a quo iuramentum nulliter exactum est, quod declarabo praeter iudicio facult. iurid. huius loci die *M. Ian.* 1709.

It E. G. wegen vieler imputirter criminum in vielen inquisitionen gestanden / doch dabey iederzeit mediante tortura oder sonst echappiret / gleichwol derselbe noch iederzeit durch viele neue indicia verdächtig geblieben / daß er aufs neue zur gefänglichen Haft gezogen. Hat man hierauf zugleich auf inquisitens Better H. G. verdacht geworffen / darauf denselben bey den Kopff nehmen und in schweres Gefängniß setzen lassen / endlich nach 14. Wochen sub cautione dimittiret / da ihn denn per sententiam auf gewisse Bedingung das iuramentum purgatorium deferiret worden / er auch solches abgeschworen / und dieserwegen die Unkosten a 60. fl. zu erstatten condemniret ist / hiebey gleichwohl dieser Zweifel vorgefallen.

Ob S. G. diese 60. fl. Unkosten zu bezahlen schuldig sey?

Wenn nun gleich eingewendet werden möchte / daß H. G. sich verdächtig gemacht / da er nicht ableugnen können; daß er einmahls eine Parthie ausgeschmiedetes Kupffer / so der inquisit E. G. aus einem Bache gezogen / und ihn aufgeladen / nach dessen Garten geführet / ferner ein Jäger ihn an einen sicheren Orte im Walde mit der Büchse angetroffen haben will / dadurch er des Wildschießens verdächtig worden / nechst dem ein ander ausgesaget / daß

daß ein solcher Balsam-Krämer / wie H. G. ist / einen Bürger zu Rothenburg an der Tauber mit 30. fl. falschen Bahen betrogen. Wie nicht weniger C. G. Ehe-Weib/welche ebenfalls zur Hafft gebracht ist / wieder H. G. ausgesagt / daß dieser ihren Mann in Francken geföhret hätte / und zwar auf Warnung eines von Adels/ bey welchen Umständen H. G. das iuramentum purgatorium wohl mögen zuerkannt werden / und da er solches wirklich abgeschworen/denen Rechten allerdings gemäß zu seyn scheint/ daß er auch die inquisitionis - Unkosten erlegen müsse.

Weil aber dennoch aus allen diesen Umständen und indicis sich kein corpus delicti hervor thut / viel weniger ein factum prohibitum zu befinden / indem / als H. G. wegen des Kupffer-Fahrens befraget / er solches so fort gestanden/ sich gleichwohl dabey entschuldiget / daß er ex contractu, so der inquisit zuvor schon mit seinem Vater geschlossen / dazu verbunden gewesen / auch vorher nicht gewußt / was er hätte fahren sollen / deswegen er auch in pace wieder dimittiret worden / der Jäger auch nicht sagen können/ daß H. G. derselbe gewesen / den er im Walde mit der Büchse angetroffen / derselbe er auch nicht seyn können / da jener mit der Büchse nach ihm geschossen / und ihn ins dick? Bein getroffen / gleichwohl keine Wunde oder Narbe sich bey ihm gefunden / auch zu Rothenburg kein Bürger ausgemacht werden können/der von einem Balsam-Krämer mit falschem Gelde betrogen worden sey : Dahero dem billich H. G. absolviret worden / und ob ihm gleich wegen der Aussage C. H. Ehe-Weibs das iuramentum purgatorium zuerkannt worden / er auch solches wirklich abgeschworen / so ist doch solche iuramenti delatio mit gewissen Bedingungen geschehen / wenn er zuörderst nochmahls mit C. G. Ehe-Weib würde confrontiret seyn / sie bey ihrer Aussage / er hergegen bey seinem Verneinen verharren würde / welche condition zuörderst allerdings adimpliret werden müssen / da er ohne deren Erfüllung zum iuramento purgatorio nicht graviret gewesen /zumahl C. Ehe-Weib bey ihrer ersten Aussage haecitiret / und die bloße Aussage einer gleichfalls in inquisition stehenden Person keinen mit Bestande graviren mag / et praeterea iuramentum purgatorium nisi ex suspicionibus magnis deferri possit.

F

BRVN:

BRUNNEM. *in proc. inquis. c. 9. n. 16.*

hiscæ autem deficientibus reus potius absolvendus est, quam iuramento grauandus.

CARPZ. *pr. crim. qu. 116. n. 62.*

Und da nun des H. Ehe-Weib echappiret / und die confronta-
tion nicht geschehen können / so ist wiederrechtlich gehandelt / daß
H. G. das iuramentum purgatorium dennoch præstiren müs-
sen / cum tamen sententia sit strictæ interpretationis, mit-
hin der effectus præstiti iuramenti purgatorii nicht statt finden
mag / quando enim iuramentum purgatorium nulliter præ-
stitum est, in expensas reus condemnari nequit, zu geschwe-
gen daß dieser H. G. ohndem gancker 14. Wochen in schwerer
Gefängniß gehalten worden / auch sonst kein inquisit in expen-
sas condemniret werden mag / als welcher sehr grauiret ist / so doch
hier nicht zu befinden.

Als halten wir davor daß H. G. mit Erlegung der Unfo-
sten billich zu verschonen D. R. W.

Qui torturam
sustinuit in
expensas con-
demnatur.

§. XI. Quod si ergo qui *iuramentum purgatorium* præ-
stitit, in expensas condemnari potest, multo magis illas suf-
ferre debet, cui *territio vel tortura dictata est*, licet per il-
lam indicia eliserit. In processu accusatorio aliud obtinere
supra dixi, sed iam etiam obseruauim diuersam esse processus
inquisitorii rationem, quam B. Dn. STRYKIVS *in us. mod.*
ad rit. de quaest. §. 15. variis præiudiciis illustrauit, adeo-
que merito reus in expensas, exceptis iis, *quas iudex carni-*
fici dare debuit, quasque ipse CAROLVS V. *in art. 61. C. C. C.*
exceptit, condemnandus. Rationem diuersitatis plenius ex-
plicauit ill. Facult. iurid. hui. loci. in sententia *Mens. Mart. 1714.*
concepta huius tenoris:

Daß weil inquisit durch die zu erkännte Peinigung sich pur-
giret / er zwar nunmehr von dieser inquisition nach geschehener
Klappede zu absoluiren und der Haft zu erlassen / es ist aber doch
derselbe die auf diese inquisition verwandte Unkosten / auf vor-
hergehende liquidation und erfolgte richterliche Mäßigung zu er-
halten schuldig. D. R. W.

Ratio:

Rationes decidendi.

Ob wohl des inquisiti defensor vermeinen wollen/ daß J. L. keine Ursach zur inquisition gegeben/ auch keine sonderliche indicia gegen ihn vorhanden gewesen/ vielmehr allerhand defecte so wol in des zu Friglar corquirten Judens P. gethaner Uhygicht/ als auch Abhörung der in dieser peinlichen Sache angegebenen Zeugen sich befinden/ welche dergestalt beschaffen/ daß peincl. Angeklagter mit der tortur billich nicht beleset werden sollen/ allensfalls da nun solches geschehen/ und derselbe die Marter völlig ausgehalten/ nichts gestanden/ und dadurch die gegen ihm streitende indicia elidiret/ es das Ansehen gewinnet/ als wenn derselbe pure absoluiret werden müsse.

l. f. ff. de calumniat.

Vt non tantum ab instantia, sed etiam definitiue absolutus sit.

CARPZOV. *pr. crim. p. 3. qu. 125. n. 6. §§.*

Dergestalt daß er nicht einsten die Unkosten/ ausser welche auf seine defension gegangen/ abzutragen schuldig sey/ sondern der Richter selbst die Gerichts-Kosten tragen müsse.

art. 61. Const. crim. Carol.

Welche dispositio iuris um desto eher allhier zu appliciren/ da per modum accusationis, wie der gedachte *art. 61.* supponiret/allhier procediret worden ist.

Weil aber dennoch/ was in *art. 61. Constit. crimin. Carol.* von Tragung der Unkosten disponiret worden/ nur eigentlich von dem processu accusatorio proprie dicto, da ein priuatus freiwillig und ohngezwungen peinlich anklaget/ zu verstehen/ hergegen auf den processum inquisitorium nichtfüglich gezogen werden mag/ als in welchen die Obrigkeit/ *vi officii* gezwungen wird/ gegen verdächtige Leute zu inquiren/ dergestalt/ daß wenn sie solches unterlassen solte/ der Verlust der Gerichte darauf stehen würde/ also derjenige der die Aufwendung solcher nöthigen Unkosten verursacht/ und zur inquisition Anlaß giebet, auch sich so verdächtig machet/ daß gegen ihn die tortur erkant werden

werden kan / dieselbe billich tragen muß / welches auch die quotidia-
na praxis iudiciorum bestärket / wie solches aus denen praeiu-
diciiis abzunehmen / so anführet

B. STRYKIVS in *vs. modern. ad tit. de quaestion.*
§. 15.

und ob wohl allhier durch den procuratorem filci die peinliche
Anklage übergeben / und die Sache also abgehandelt zu seyn
scheinet / daß hier nicht so wohl per viam inquisitionis als viele
mehr accusationis verfahren / dennoch der Anfang dieser pein-
lichen Sache / und die inquisitionis Protocollen ausweisen / daß
allhier mehr inquisitorie verfahren und / *causa iam instructa*, dem
procuratori filci erst die Anklage zu thun anbefohlen worden /
anervogen allhier der magistratus ex officio inquiriret / und
sine vilo accusatore die inquisition angefangen / worinn der
processus inquisitorius von dem accusatorio vornehmlich un-
terschieden wird / und also daß nachgehends mit dem procura-
tore filci über diese peinliche Sache verfahren worden / den in-
quisitionis Process nicht verändern mögen / im übrigen des in-
quisitionis Vorwenden / als wenn ad torturam sufficientia indicia
nicht vorhanden gewesen / nicht gegründet ist / vielmehr aus den
acten erbillet / daß er sich dergestalt verdächtig gemacht / daß
nothwendig gegen ihn inquiriret / und die tortur erkannt wer-
den müssen / da nicht allein der Jude P. auf ihn bekant / son-
dern auch die Umstände seiner Bekantnis auf inquisiten klähr-
lich eingetroffen / die bey denen beyden Hauffsuchungen vorge-
fallene Umstände hiezü auch viel beytragen / und inquisit sonsten
ein sehr berühmter Mann ist / zu dem man sich dergleichen Miß-
sethat wohl versehen mag / wie solches in actis zur Genüge ausge-
führet / so hat / wie geschehen / erkannt werden müssen.

Cui tortura
dictata eius
heredes te-
nentur ad ex-
pensas.

§. XI. Quae cum ita sint, facile liquet, quid dicen-
dum sit, si reus, qui vel ante torturam iam dictatam mor-
tuus est, vel etiam torturam sustinuit, nihilque confessus est,
mox decesserit, vtrum heredes ad expensas refundendas te-
neantur? Ex iis, quae antea fufus de obligatione heredum
dixi,

dixi, facile decisio trahi potest, cum enim hoc casu ipse defunctus in expensas condemnari debuisset, si vixisset, heredes quoque ad earum refusionem tenentur, vt respondit ill. Facultat. iurid. huius loci *Mens. Nouembr. 1714.*, hunc in modum: Als derselbe zc. daß des nach der in unserm vorigen Urtheil erkanten scharffen Frage/ vor der execution derselben verstorbenen Hans Wilfers Erben gestatten Sachen nach die auf diese inquisition ergangene Unkosten/ so viel dessen Person betrifft/ nach vorgegangener liquidation und erfolgter Mäßigung zu bezahlen schuldig. B. N. W.

§. XII. Superest vltimus casus, si inquisitus pure absoluitur, ideo quod innocentiam suam demonstrauerit, quo casu regulariter ab expensis quoque absoluitur, nisi culpa sua rursus inquisitioni causam praebuerit, et sit, quod ei imputari possit, prout frequens praxis docet, BRUNNEMANN. *decis. 38. cent. 2.* Rursus hic dissentit THÖNNIKER *cit. l. n. 20.* quod non adeo mirandum est, quia aduocatum prudentem in foro criminali instruere, adeoque ei media defendendi reum suggerere voluit, aduocati autem id potissimum agere solent, vt reum etiam ab expensis liberent; Sed aliter *aduocari*, aliter *iudices* iudicant. Quod si itaque reus absoluitur, etiam ab expensis, siquidem inquisitio ex praecedente *fama publica* suscepta est, iudex expensas sufferre debet; si vero ad praecedentem *denunciam* nem, facile contingere potest, vt temerarius denunciatus in expensas condemnatur. Parum enim refert, vtrum quis temere accusauerit, an calumniose denunciauerit, et sicuti is in expensas condemnari potest, ita hic quoque iniuriae et expensarum nomine tenetur. CARPZOV. *p. II. decis. 188. n. 14.* Excipit tamen IDEM *cit. l. n. 15.* casum, si denunciatus indicia contra reum delata iuramento firmauerit, quo omnem a se culpam et suspicionem *remeritatis* declinasse videtur. Hoc vel ideo admitti potest, quia indicia, a denunciante delata, ad inquisitionem sufficere visa fuerunt, et im-

Quid si inquisitus absolutus sit.

an denunciator hoc casu expensas ferre debeat.

putet sibi reus, quod denunciationi causam dederit; si temeraria fuerint indicia, et nihilominus ex iis iudex inquisitiones suscepit, denunciatus quidem iniuriarum nomine conueniri potest, sed iudex expensas nec ab inquisito nec a denunciante repetere potest, quippe qui ipsemet in grauisima haeret culpa, quod ad temeraria indicia inquisitionem instituerit. Excipit quoque *Marius p. 1. decis. 41.* delatores publicos, qui ex officio denunciare tenentur, nisi manifesta calumnia detecta fuerit. Liberat sane eos a suspitione calumniae ratio officii publici, quod gerunt, sub qua praesumptione tamdiu tuti sunt, donec contrarium probatum fuerit. Denique addo etiam hoc, fiscalem in hac materia cum *accusatore* absolute conferendum haud esse, nec iura Carolina, de processu accusatorio disponentia huc applicari posse. Est adhuc processus inquisitorius, si vel maxime aduocatus fisci accusationem, ex more regionis, mouere iubeatur. Iudex enim inquit generaliter, et si indicia ad specialem inquisitionem idonea apprehendit, committit aduocato fisci, vt accusationem instituat, quo ipso tamen forma procedendi duntaxat, non ipsa res mutatur, adeoque etiam regulae, quae de processu inquisitorio adductae sunt, hic locum habebunt, prout supra §. XI. adducto praecidia declarauimus.


Quid si inquisitus expensas soluere non possit.

§. XIII. Quae cum ita sint, consequens est (I) inquisito in poenam non capitalem et expensas condemnato, quas tamen propter inopiam soluere non potest, grauiore dictari posse poenam, cum, prout supra dixi, etiam hic locum habeat regula vulgaris, qui non habet in aere, luit in corpore, iuxta c. 5. X. de dolo et contumac. (II) si vero absolutus est praestito iuramento purgatorio vel etiam, quia per torturam indicia purgauit, ab omni poena quidem ratione delicti imputati regulariter immunis est, interim tamen si expensas soluere nequit, eo nomine extra ordinem puniri vel adigi potest, vt ad exemplum debitorum sua culpa

pa lapsorum, iudici, qui expensas hoc casu sufferre debet, operas praestet, et his debitum compenset sarcinae: neque enim ad beneficium cessionis admitti potest, qui sua culpa ad incitas redactus est. Denique (III) si ultimo supplicio plectendus est inquisitus, qui bonis destituitur, iudex ipsemet expensas sufferre debet, nisi ex consuetudine loci a subditis per collectam illas repetere possit. Vnde haec manauerit, iam *cap. I.* demonstraui, et quia hanc materiam B. BEIERS tr. saepius laudato *de expensis execut. crimin.* ex professo enucleauit, ei aliquid addere haud est necesse.

§. XIV. Denique nec priuilegia putatiua *harum* De priuilegio
expensarum
criminalium. *expensarum criminalium* negligenda. Non desunt enim, qui eis locum in prima classe constituunt, quamuis distincte hic procedi debeat. Si quaestio est de *collectis*, a subditis hoc nomine faciendis, wegen Hender und Heerde Geld Galgen. Steuer &c. admitti potest CARPZOVII sententia in *proc. crimin. quaest.* 138. in f. eis idem priuilegium, quod cetera onera publica et collectae obtinent, concedendum esse, cum ita naturam ceterarum collectionum fortiatur. Si vero de *ipso accusato* vel *inquisito* quaestio est, qui ad expensas refundendas condemnatus est, maior est dubitandi ratio, quia eo calu expensae *collectae* rationem haud fortiuntur, sed *simplex debitum* esse videntur. Non loquor de expensis *defensori* praestandis, nec quae accusatori adiudicatae sunt, quibus singulare priuilegium primae classis tribui nequit, interim tamen iuxta CARPZOVII sententiam *decis.* 280. n. 22. merito inter *personaliter priuilegiatos* collocandae. Quaeritur potissimum *de expensis iudicialibus*? Hae si fisco soluendae sunt, omnibus aliis creditoribus praefendas esse censeo B. HARRPÉCHT, *resp.* 92. n. 403. *seqs.* imo eas *generaliter* ad primam classem reicere videtur *vol. nou. conf.* 73. n. 23. quod debita ad principem pertinentia absoluto praelationis priuilegio munita sint. Equidem an HARRPÉCHTI sententia in *Dusatu Würtembergensi*, de quo

quo potissimum loquitur, obtineat, sub examen haud reuocabo; saltem subdubito, an iuri communi conueniens sit? Habent fiscalia debita suas praerogatiuas, sed non omnia, verum duntaxat quaedam: ad minimum poenae fisco debitae nulla gaudent praerogatiua. *l. 17. l. 37. D. de iure fisci.* Quamuis vero expensae poenae fisco debitae proprie dictae rationem non habeant, priuilegium tamen primae classis quoque illis nullibi tributum est, adeoque *ius commune priuatorum* in illis habebit, quod ei haud denegandum secundum *l. 37. cit.* Non inuidemus fisco priuilegia, sed sine lege eidem nulla attribuere possumus, quod rationi iuris aduerfatur.



Clarissimo Domino Respondenti

S. P. D.

PRAESES.

Merito inter causas *arduas et maiores* referuntur criminalia, eo maiori cura et sollicitudine excutienda et perpendenda, quod in iis non agatur de glande legenda, prout veteres loqui amant, sed de vita hominis, incolumitate status et patrimonii, ac denique de iactura salutis humanae. Passim CAROLVS V. hanc regustavit sententiam, variasque inde nectit conclusiones, imprimis vero huc omnes animi neruos intendit, ne sub specie accelerandae iustitiae innocentes ad supplicium raperentur, defensio necessaria in vincula coniectis praecluderetur, et praepostero ordine, vt olim in occultis iudiciis fiebat, vindicta publica exerceretur. Multum haec prouidentia principalis rei publicae profuit, qua et insidiae, ab aliis strui solitae, infirmatae, depulsae, prostratae, et vigor primaeuus iustitiae reuocatus est. Sed quod aliis saluti est, non raro per abusum a maleuolis rapinae praedaeque causam praebere potest, nihilque tam sanctum tam intemeratum et salutare est, quod labes auaritiae abominanda ad suam causam.

G

tra-

trahere, et inter modos acquirendi referre non soleat. Ni me omnia fallunt, hunc in finem thema hoc, clarissime VFFELMANNE, prae aliis elegisti, vt in quo auari impiique iudices, praedae causa, peccare solent, ostenderes, omniaque ad lydium lapidem, et trutinam veritatis examinares. Bonum sane et laudabile est, se totum iis artibus, quae generi humano profunt, tradere; laudabilius et melius, in iis subsistere et proficere; denique optimum et summae laudis incrementum est, finito cursu Academico, ea, quae antea quis condidit et reposuit, depromere et in his vires ingenii experiri. Nemo igitur erit, qui consilium Tuum improbaturus sit, quod post aliquot annorum defluxum, quibus in hac Fridericiana iuri aliisque liberalibus artibus operam dedisti, tandem cathedram publicam ascendas, et certamini erudito, quod vires ingenii acuit, Te committas. Id non tantum Tibi saluti erit, sed imprimis venerando patri Tuo, Jcto eruditissimo, in limite senectutis, quo positus est, adferet solatium, spem, summamque oblectationem, de quo et venerando Seni et Tibi gratulor, gratiamque diuinam ad reliquum vitae cursum Tibi apprecor. Dab. Halae d. 15. Iul.

A. 1715.



01 A 6577
VD 18

ULB Halle

3


002 937 581



R VD 17







D. R. V.
DISSERTATIO IVRIDICA
DE

EXPENSIS CRIMINALIBVS,

QVAM

DEO T. O. M. ANNVENTE
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO CAROLO

PRINCIPE BORVSSIAE MARCHIONE
BRANDENBVRG. reliqua

IN REGIA FRIDERICIANA

PRAESIDE

DOMINO

IVSTO HENNINGIO BOEHMERO

ICTO, COMITE PALAT. CAESAR. REGIAE MAI. BORVSS. CON-
SILIARIO AVLICO, ET PROF. IVR. ORD.

PATRONO SVO OMNI OBSERVANTIAE CVLTV
PROSEQVENDO

AD DIEM XXII. IVL. MDCCXVI.

IN AVDITORIO MAIORI

PVBLCO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

SAMVEL HENRICVS UFFELMANNVS

STADENSIS.

HALAE MAGDEBVRGICAE

TYPIS IOHANN. GRVNERI, Acad. Typogr.